


B. C. A. Prior.

WELLESLEY COLLEGE LIBRARY  
*Bequest of*



*Ex Libris*

*Eleanor Prescott Hammond*



Digitized by the Internet Archive  
in 2009 with funding from  
Boston Library Consortium Member Libraries



# HYMNI LATINI

MEDII Aevi.

E CODD. MSS. EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS  
ILLUSTRAVIT

FRANC. JOS. MONE

ARCHIVII CARLSRUHENSIS PRAEFECTUS.

---

TOMUS SECUNDUS.

HYMNI AD B. V. MARIAM.

---

FRIBURGI BRISGOVIAE

SUMPTIBUS HERDER.

1854.

Miss E. Hammond Goff

157953



## P r a e f a t i o.

---

Quamquam in altero hoc volumine hymni ad b. v. Mariam multi exhibentur, plures tamen, quos in codd. mss. deprehendi, omissi sunt, ne modum operis excederem; quam rationem alii forte probandam, alii vero impugnandam existimabunt. Mihi quidem institutionem hujus operis sequenti major copia hymnorum adferenda fuit, quibus veneratio beatæ virginis apud populos christianos demonstretur, quo pauciora exempla ejusmodi carminum veterum in editis libris reperiuntur. Neque meum est, hujus rei causam inquirere, sive paucos hymnos de b. virgine editores habuerint, sive plures proferre noluerint, diversissima enim sentiunt, præsertim Germani, de honore b. Mariæ aliisque sanctis tribuendo, quæ recte dijudicare non valeas, nisi sanam hujus rei doctrinam et noveris et sequaris. Quæ quidem hæc est: deum veneramur in sanctis ejus, ut jam psalmista præcipit (150, 1), non enim suis meritis sanctificati sunt, sed gratia dei. Itaque cum nos suo exemplo docuerint, Christi vestigia sequi ejusque præcepta servare (Matth. 5, 8. 1 Pet. 1, 15. 16), et nos suis precibus apud deum adjuvent et nobis patrocinentur, veneratione digni sunt, quemadmodum s. Hieronymus præclare dixit (in ep. ad Philem. 1, 5): *quicumque credidit deo, aliter ejus fidem recipere non potest, nisi credit et in sanctos ejus, non est enim in deum perfecta dilectio et fides, quæ in ministros ejus odio et infidelitate tenuatur.* Quæ veneratio (*τιμῆ*) longissime distat ab adoratione (*λατρεία*), quam deo soli debemus, unde idem sanctus pater obtrectatores rectissime increpat: *quis, o insanum caput, aliquando martyres adoravit, quis hominem putavit deum?* (Hieron. adv. Vigilant. 5). Atque huic fundamento poëtæ hymnorum veterum, quotquot sunt, innituntur,

bene persuasi, preces sanctorum pro nobis deo acceptas esse et efficaces, quod et s. Chrysostomus testatur<sup>1)</sup>. Cujus rei maximum exemplum in ipso Christo habemus, qui, utpote sanctissimus homo, patrem cœlestem exoravit pro apostolis, fidelibus et inimicis suis. Quod si dubitare non licet, quin a patre sit exauditus, nulla ratio præsto est, ut preces Mariæ vanas putemus, cum æque negari non possit, Mariam post Christum sanctissimam fuisse summamque ipsi gratiam a deo tributam. Itaque et Christum veneramus in Maria, quandoquidem ex ipsa homo natus humanum genus peccatis corruptum restituit et sanctificavit. Si enim matrem non honoras, quomodo filium honoraveris, qui deus de cœlo descendit, ut ex ipsa homo nasceretur<sup>2)</sup>?

Hæc breviter dicta sufficiant, ut de hymnis Marianis aliorumque sanctorum recte sentias. Transeo ad tropologiam sive typologiam biblicam, quam paucis explicare utile visum est, cum sæpius animadverterim, ex ignorantia hujus doctrinæ homines in gravissimos errores incidisse. Ex historia testamenti veteris probatur, deum ab æterno constituisse, ut homo redimeretur, quod Christi morte factum est. Itaque arcte inter se cohæret utrumque testamentum, nam in veteri prædictum est novum, et quod in illo quasi sub ænigmate figurabatur, in hoc revera manifestatum est. Tropologia biblica igitur disciplina dicitur, qua instituimur locos prophetarum et exempla historica veteris testamenti ad vitam Christi ejusque ecclesiæ referre, et parallelismum utriusque fœderis recte intelligere<sup>3)</sup>.

1) *Τί οὖν; περιτταί εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων εὐχαί; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἰσχυρὸν ἔχουσαι, ὅταν ἀνταῖς καὶ σὺ βοηθῆῃς· οὕτως ἀνέστησε τὴν Ταβιθάμ ὁ Πέτρος οὐκ εὐχῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆ ἐκείνης ἐλεημοσύνη· οὕτως ἐτέρων προέστησαν εὐχόμενοι οἱ ἅγιοι.* Chrysost. in ps. 48, 5. Preces ad sanctos commemorat Gregor. Naz. or. 18 p. 286.

2) S. Augustinus de nat. et grat. 2 hoc dogma accuratissime his verbis expressit: sacramentum divinitatis et humanitatis Christi, quod manifestatum est in carne.

3) Mich. 5, 2. Matth. 2, 6. Joh. 7, 42. Matth. 12, 3. 15, 7. 21, 33. 42. 22, 42. 8, 17. Joh. 5, 46 etc. Imprimis Jerem. 31, 31. 32., quocum conferas Hebr. 8, 6—10 et s. Augustin. de spir. et lit. 33 sq. Faustum Manichæum, qui prophetias veteris testamenti ad Christum referri negaverat, s. Augustinus libro 12, 30 contra Faust. optime sic repulit: et clamat Faustus oculis clausis, nihil se in litteris illis invenisse, quod ad prænuntiationem Christi pertineat. Quid autem mirum, si oculos habet ad legendum et cor ad intelligendum non habet? qui positus ante ostium clausum divini secreti non fide pietatis pulsat, sed elatione impietatis insultat? plane ita sit, ita fiat: justum enim est, claudatur superbis janua salutis (psalm. 24, 9).

Cum prophetæ deum hominem futurum prædixerint, aliter hoc fieri non potuit, nisi et matris suæ mentionem facerent, quare scriptores ecclesiastici primo collegerunt, quæ aperte de matre domini nostri dicta sunt, ut ex his argumentum haberent et reliqua bene interpretandi, quæ intellectu difficiliora essent <sup>1)</sup>. Inde tropologica illa b. Mariæ epitheta multæque ejus denominationes ortæ sunt, quæ in hymnis, orationibus aliisque scriptis deprehenduntur, et quæ cuncta ad sacram scripturam, utpote fontem eorum, referenda sunt, nec alia ratione juste exponi et intelligi possunt. Quod fundamentum interpretationis qui rejicit, erroribus maximis involvitur, cum explicationem qualemcunque et undecunque petitam proferat, inutili prorsus labore, cum christiana doctrina non aliunde nisi e semet ipsa intelligi et probari possit. Ut alia brevitatis studio taceam, hoc unum addere libet, magnum quid eos sibi fecisse videri, qui commenta mythologica cum veneratione b. Mariæ v. commixta esse opinentur atque tropologiam Marianam e fabulis dearum gentilium derivare nitantur. At quicumque scripta sanctorum patrum legit, optime novit, quam severe omnes superstitiones paganas a doctrina christiana arcebant et quam acriter eas continuo impugnabant. Et quis sanæ mentis negabit, illos viros accuratiorem notitiam rerum gentilium suâ experientiâ habuisse quam nos, qui paganorum fabulas, longo jam tempore dilapsas, nonnisi e scriptorum veterum fragmentis nostro ingenio resarciamus? Sunt, qui e. g. signum lunæ in statu b. Mariæ scapham Isidis habeant sive Dianæ ornamentum, qui nesciant, signum lunæ ex apocalypsi 12, 1 in beatam virginem Mariam translatum eamque cum arca Noe comparatam esse, quos non pudeat scapham vidisse, arcam vero non videre. Atque quemadmodum signa christiana aliud indicant quam eadem paganorum, ita et iisdem vocabulis christiani alio sensu utuntur quam gentiles, ut insignis sane dementiæ sit, si quis v. g. vocem *ἔδην* in novo testamento ex orco paganorum explicare, seu mysteria christiana a gentilibus deducere velit, cum s. Chrysostomus jam in eos invectus sit, qui divina mysteria diabolicis miscere conarentur (*τὰ θεῖα τοῖς δαιμονικοῖς ἀναμυρῶεν μυστήρια*. hom. 1. in Isai. 4).

Græcorum testimonia hisce hymnis Marianis plurima inserui; nam sicut sancti patres gentilibus biblia hebraica ostenderunt, ut

<sup>1)</sup> Gen. 3, 15. Isai. 7, 14. 11, 1. 35, 1. 2. 66, 7. Jerem. 31, 22 etc.

hoc testimonio populi Christum aversantis veritatem christianæ doctrinæ comprobarent: ita et incredulis hodiernis libros ecclesiasticos Græcorum proferre possumus, ut e testimonio schismaticorum discant, b. v. Mariam ab omnibus christianis et omni tempore maxima veneratione honoratam esse<sup>1)</sup>. Atqui biblia et libri ecclesiastici publica sunt instrumenta, quibus fidem denegare aut stultitiæ est aut improbitatis. Vetustiores illorum librorum editiones rarissimæ sunt et recentiores fere apud occidentales ignotæ, quum illæ, ut *Renaudotus* testatur (in præfat. collect. liturg.), ferme omnes in Græciam asportabantur, harum autem disquisitionem post Leonem Allatium nemo suscepit, quamquam omnes Venetiis impressæ ibidem venundantur<sup>2)</sup>. Itaque notitiam literariam subjungere visum est, ut earum rerum studiosis, quantumcunque possim, satisfaciam.

Menæa (*μηναῖα*, scil. *βιβλία*) nomine quidem libri sunt mensium, continent autem lectiones et cantica pro officiis diurnis cujusque mensis et pro quolibet seorsim sunt edita, e. g. *Βιβλίον τοῦ Ἰανουαρίου μηνός*. Plerumque editionibus seculi XVII usus sum, quæ sequuntur: Januarii, quem edidit Theophylactus Tzanphurnarius diaconus, 1629. fol. Februarium edidit Nicephorus Paschalis monachus, 1626, Martium Theophanes Xenaclius mon., 1625, Aprilem Theophylactus 1638, Majum et sequentes usque ad Novembrem idem annis 1625, 1624, 1625, 1626, 1628. Decembrem Theophylactus 1626. Ex quo catalogo videre licet, universam collectionem non continua temporis serie editam, sed quemlibet mensem, cujus exemplaria defecerunt, separatim typis vulgatum esse. De aliis editionibus videas *Zaccaria* biblioth. ritual. 1, 88 sq. et præfationem Pentecostarii, quibus addas, quæ annis 1777, 1793 et 1815 in lucem prodire. Recentissima sic inscribitur:

*Μηναῖον τοῦ Ἰανουαρίου, περιέχον ἅπασαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἀκολουθίαν, μετὰ καὶ τῆς προσθήκης τοῦ τυπικοῦ, κατὰ τὴν ἀρχαίαν μὲν, νεωσιὶ δὲ τυπωθεῖσαν διάταξιν τῆς ἀγίας τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας· διορθωθὲν καὶ, ὡς ἦν δυνατόν, ἐξακριβωθὲν ὑπὸ Βαρθολο-*

1) Reproba per infidelitatem gens ipsa Judæorum a sedibus extirpata per mundum usquequaque dispergitur, ut ubique portet codices sanctos, ac sic prophetiæ testimonium, qua Christus et ecclesia prænuntiata est, ne ad tempus a nobis fictum existimaretur, ab ipsis adversariis proferatur, ubi etiam ipsos prædictum est non fuisse credituros. *August. epist. 138, 16.*

2) Tipografia Greca di S. Giorgio in Venezia, sestiere ss. Giovanni e Paolo, calle della Testa, No. 6231.

λομαίου Κουτλουμουσιανοῦ τοῦ Ἰμβρίου. Ἐκδοσις δευτέρα, ἀναθεωρηθεῖσα ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἐπιδιορθωθεῖσά τε καὶ πολλαῖς προσθήκαις πλουτισθεῖσα ἐπιστάσια τυπογραφικῇ Ἰωάννου καὶ Σπυρίδωνος τῶν ἀταδέλφων Βελούδων. Ἐν Βενετία, 1852.

Hæc editio a vetustioribus distinguitur præsertim typico prolixiori, quod Latini rubricam vocant, editoresque multis locis adnotavere, textum a codd. mss. Venetis et numero hymnorum et lectionibus discrepare, aliosque errores irrepsisse, quos ope codicis sæc. XIII. emendare studuerunt. Quæ curæ criticæ maximum incrementum capere possint, si quis vetustiores libros mss., qui in bibliotheca Ambrosiana Mediolani asservantur, accurate cum editis conferre velit.

Triodii editione usus sum rarissima, cujus nullibi notitiam inveni, Venetiis in ædibus Stephani Sabiensis impressa anno 1538. foliorum 282. Inscribitur *ΤΡΙΩΔΙΟΝ*, et in altera pagina hæc leguntur: *τριώδιον σὺν τῷ ἀγίῳ, περιέχον τὴν πρόπευσαν αὐτῷ ἀκολουθίαν*. Exhibet cantica ecclesiastica a dominica ante septuagesimam usque ad vigiliam paschæ, quibus menæa suppleuntur. Inscriptio libri a triodiis desumpta est, quorum aliqua exempla hinc inde dispersa reperias. Sunt autem triodia breves hymni trium stropharum sine canone, præmisso hirmo, qui modulationem sive melodiam continet, et adjuncta in fine doxologia cum theotocio. Itaque triodia a singulis tropariis solo numero trium stropharum differunt, ceterum enim et in canones rediguntur quemadmodum troparia, de qua dispositione videas, quæ infra p. 334. adnotavi<sup>1)</sup>.

De origine triodiorum Nicephorus Callistus Xanthopulus initio libri (fol. 3. 4) fusius disputavit hisce versibus præmissis:

Ὁ δημιουργὸς τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω  
 τρισάγιον μὲν ὕμνον ἐκ τῶν ἀγγέλων,  
 τριώδιον δὲ καὶ παρ' ἀνθρώπων δέχον.

Neque vero existimes, triodium conjungi cum trisagio vel ejusdem indolis esse, nam rectius trisagium cum triadico comparaveris, quoniam utrumque ad ss. trinitatem referatur. Nicephorus perhibet, Cosmam Hierosolymitanum primum triodia pro hebdomade passionis domini nostri composuisse, deinde poëtas alios præsertim Theodorum

<sup>1)</sup> *Triodion* p. 4. καταχρηστικῶς δὲ τριώδιον ὀνομάζεται, οὐ γὰρ αἰεὶ τριώδια ἔχει, καὶ γὰρ ὀλοτελεῖς κανόνας προβάλλεται· ἀλλ' οἶμαι, ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν.

et Josephum Studitas triodia pro tempore jejunii addidisse, quæ in monasterio eorum Constantinopoli canerentur. Cosmas ille vixit circa annum 730, et Theodorus Studita mortuus est anno 826, igitur ab ineunte sæculo octavo usque ad initium sæculi noni opus triodii compositum et absolutum est. Insunt vero et vetustiora carmina, utpote Andreae Cretensis archiepiscopi, qui exeunte sæculo septimo floruit et circa annum 724 vita excessit.

Recentissima editio sic inscribitur:

Τριώδιον κατασκευαστικὸν, περιέχον ἅπασαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἀκολουθίαν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς, ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου μέχρι τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου σαββάτου· μετὰ τῶν κατ' ἤχον τριαδικῶν ὕμνων καὶ φωταγωγικῶν, στιχηρῶν τε καὶ καθισμάτων διαφόρων ἐν τῷ τέλει. Νεωστὶ τυπωθὲν ἐπιμελείᾳ Ἰωάννου καὶ Σπυρίδωνος τῶν ἀγαθῶν Βελοῦδων. Ἐνετίῃσιν 1851. Folio, 454 pagg.

Hanc editionem sigla *Triod.* laudavi; vetustiore illam integro nomine *Triodion*. Alias editiones fratres Veludi indicarunt, primam, ut videtur, Venetam anni 1522, duasque ejusdem sæculi annis 1565 et 1591 impressas, tres sæculi XVII. annis 1620, 1644 et 1683 vulgatas, duas sæculi XVIII. ann. 1768 et 1793, et duas sæculi XIX. ann. 1839 et 1850, quarum ultimam Bartholomæus Cutlumusianus curavit.

Horologium magnum (*Horol.* sive *Horar.*) ita inscribitur:

Ὁρολόγιον τὸ μέγα, περιέχον ἅπασαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἀκολουθίαν κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἀνατολικῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἐξαιρέτως τῶν ὑποκειμένων αὐτῇ εὐαγγῶν μοναστηρίων. διορθωθὲν καὶ εἰς τρία μέρη διαμεθρῆν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ τοῦ Ἰμβρίου, ὑφ' οὗ προσετέθη καὶ σύντομος ἱστορία πάντων τῶν ἐορτῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ καὶ πολλῶν τῶν τοῦ μηρολογίου ἁγίων. Ἐκδοσις νεωτέρα, κατὰ γῆν ἕκτην ἔκδοσιν τοῦ Φοίνικος γενομένη, ἐν ἣ προσετέθη ἐπὶ τέλος καὶ εἰδησις περὶ τοῦ Φυλλαδίου τῶν διορθώσεων, τοῦ ἐν τῇ ἐπομένῃ πατριαρχικῇ ἐπιστολῇ ἀναφερομένου. ἐπιμελέστερον καὶ ἀκριβέστερον ἐκτελεσθεῖσα τὸ δεύτερον ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν Ἰωάννου καὶ Σπυρίδωνος τῶν Βελοῦδων. Ἐν Βενετίᾳ 1853. XXII et 536 pagg. in forma oct.

Præmittuntur 1) explicatio editoris Joh. Veludi de meliori dispositione et ordine libri, qui ab aliis editionibus discrepat, 2) epistola Cutlumusiani ad patriarcham Cyprianum super editione

anni 1831. 3) responsio patriarchæ Constantini, 4) præfatio Joh. Veludi, qui de re literaria Euchologii et Triodii eorumque translatione in latinam et rossicam linguam utilissime disputavit codicesque mss. Venetos suæ editioni adhibuit. Plures hymni hujus horologii e menologio, triodio et pentecostario desumpti sunt.

Sacramentarium magnum (*Euchol.*) titulum præ se fert:

*Ἐυχολόγιον τὸ μέγα, περιέχον τὰς τῶν ἐπιτὰ μυστηρίων ἀκολουθίας, τὰς τάξεις τῶν χειροτονειῶν κατὰ τὴν ἐν τῷ ἀρχιερατικῷ ἔριμνησαν τῶν ἐγκαινίων τοῦ ναοῦ τὴν ἀκολουθίαν κατὰ τὴν ἐν Βουκουρεστίῳ ἔκδοσιν· τὰς τε ἄλλας ἀκολουθίας καὶ εὐχὰς καὶ τὰ ἀποστολοευάγγελα τῶν ἐπισημοτέρων ἑορτῶν· οἷς πρόσεστι καὶ πίναξ τακτικώτερος πρὸς εὐκολωτέραν εὐρεσιν τῶν ἐμπεριεχομένων· Ἐξ ἀρίστων ἐκδόσεων καὶ παλαιῶν χειρογράφων διορθωθὲν καὶ ἐξακριβωθὲν τυπογραφικῇ ἐπιστάσει Ἰωάννου τε καὶ Σπυρίδωνος τῶν ἀνταδέλφων Βελούδων. Ἐκδοσις πρώτη. Ἐν Βενετίᾳ 1850. 685 pagg. oct.*

Huic libro hymni pauci sunt inserti, quia maximam partem orationes continet. Particulæ operis separatim editæ sunt, nempe 1) liturgiæ ss. Chrysostomi et Basilii et missa præsanctificata (pagg. 44—111) hac inscriptione: *αἱ θεῖαι λειτουργίαι τῶν ἐν ἀγίοις πατέρων ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Βασιλείου τοῦ μεγάλου. Venetiis 1852.* 2) *Ἁγιασματάριον μέγα. Venet. 1831. 8.*

*Ὀκτωῆχος τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περιέχουσα τὴν ἐν ταῖς κυριακαῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ψαλλομένην ἀναστάσιμον ἀκολουθίαν. νεωστὶ τυποθεῖσα καὶ ἐξ ἀρίστων ἐκδόσεων διορθωθεῖσα. Ἐν Βενετίᾳ 1852. pagg. 184 (Octoech.).*

Cutlumusianus in præfatione Pentecostarii duas memorat editiones Octoëchi de annis 1523 et 1543, verumtamen non dicit, ad quodnam opus referantur, cum et Paracletice Octoëchus major appelletur.

*Παρακλητικὴ ἦτοι ὀκτωῆχος ἡ μεγάλη, περιέχουσα πᾶσαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῇ ἀκολουθίαν· μετὰ τῆς ἐν τῷ τέλει προσθήκης τῶν τριαδικῶν ὕμνων, φωταγωγικῶν, ἐξαποστειλαρίων, ἀπολυτικίων, θεοτοκίων, καὶ κανόνων δεσποτικῶν τε καὶ θεομητορικῶν. ἐπιμελέστερον καὶ οὐσιωδέστερον ἐξακριβωθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀνταδέλφων Ἰωάννου καὶ Σπυρίδωνος Βελούδων. Ἐκδοσις νεωτέρα. Ἐνετίησιν 1851. Folio, 375 pagg. (Paraclet.).*

In præfatione auctor hujus operis perhibetur Josephus melodus, poëta sæculi noni, atque editiones ann. 1777 et 1778 ob multos

errores et magnam negligentiam merito reprehenduntur, qui in hæc iterata editione emendati sunt.

*Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον, τὴν ἀπὸ τοῦ πάσχα μέχρι τῆς τῶν ἁγίων πάντων κυριακῆς ἀνήκουσαν αὐτῇ ἀκολουθίαν περιέχον, ἐπὶ τέλους δὲ καὶ τὰ ἑωθινὰ εὐαγγέλια τὰ ἐν τῇ ὄρθρῳ ἐκάστης τῶν ἐν τῇ μεταξὺ τούτῳ ἑορτῶν ἀναγινωσκόμενα· νεωστὶ διορθωθὲν καὶ δι' ἐνὸς προλόγου πλουτισθὲν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ τοῦ Ἰμβρίου. ἔκδοσις δευτέρα, μετὰ τινων ἀκριβεστέρων ἐπιδιορθώσεων καὶ προσθήκων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ γενομένων. Ἐν Βενετίᾳ 1848. VIII et 280 pagg. Folio (Pent. sive Pentecost.).*

Hic liber continet cantica a dominica paschæ usque ad dominicam trinitatis, in dies LVII, a quo numero et denominationem sortitus est. Si temporis consecutionem respicis, Pentecostarium Triodii continuatio haberi potest. De vita atque ætate poëtarum, quorum hymni hoc opere exhibentur, editor multa congressit, quæ non minus ad historiam rei literariæ faciunt, quam quæ de editionibus anterioribus Pentecostarii attulit, quarum binas e sæculo XVI an. 1568 et 1579 indicavit, itemque binas sæculi XVII de annis 1642 et 1681. Seriori ævo sæpius typis vulgatum est.

*Ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀιγίνης, τοῦ Ζακυνθίου (Acol. Dionys.), ψαλλομένη τῇ 13 τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. συντεθεῖσα παρὰ Γεωργίου Συπᾶνδρου Ζακυνθίου, τοῦ ἐλαχίστου ἐν ἱεροδιακόνοις. Ἐν Βενετίᾳ 1839. 40 pagg. in oct.*

Præmissa est dedicatio ad Zacynthios nec non epistola Gabrielis patriarchæ Cpolitani (1703) de sancti hujus veneratione.

*Ἡ θεία καὶ ἱερὰ ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σπυρίδωνος (Acol. Spyrid.), ἐπισκόπου Τριμυθοῦντος, τοῦ θαυματουργοῦ, πατρὸς καὶ προστάτου Κερκύρας. Ἐν Βενετίᾳ 1813. 77 pagg. in octava forma.*

Hierodiaconicum (Venet. 1848) hymnos non continet, paucos invenis in libro: *Ἀκολουθία τοῦ ἀγνωστοῦ ἤτοι συλλειτουργικόν. Edit. alt. Venet. 1851. pagg. 56. octava forma. Prior editio ibidem prodiit 1817.*

Canticorum genus singulare vocatur οἴκοι sive domus, quorum XXIV numerum quendam explent, cujusmodi leguntur in horol. p. 471 sq. οἱ εἰκοσιτέσσαρες οἴκοι εἰς τὴν νοητὴν κλίμακα τοῦ τιμίου σταυροῦ. Domus de b. virgine editæ sunt sub hac inscriptione:



Οἱ εἰκοσιτέσσαρες οἴκοι τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, εἰς τὴν ἀπλὴν γλωσσοῦσαν παραφραστικῶς μετενεχθέντες παρὰ τοῦ ἐν ἱερομοναχοῦς Μελετίου Κάλλονα. Ἐν Βενετίᾳ 1852. 112 pagg. in 12.

In libris hisce vetustioribus tam editis quam manuscriptis sæpe numero literarum et accentuum rationem diversam a regulis nostræ grammaticæ deprehendis, quam discrepantiam editores recentiores amandarunt, ut lectorum commodo consularent. Ubi veteres textus secutus sum, eorum indolem exprimendam duxi, ut nativum quasi colorem conservarem. Nam si Græci medio ævo scribebant *κρῖνον*, *ἰδοῦ*, *ψυχῆ*, procul dubio hæc vocabula alio accentu pronuntiabant, quam si ex regula nostræ grammaticæ scribitur *κρίνον*, *ἰδου*, *ψυχή*. Sæpissime spiritu leni utebantur pro aspero, et vice versa, qui usus etiam apud Latinos medii ævi invaluit, quorum scribendi modus in nominibus ieronymus, ierarchia cet. notissimus est. Quæ vocabula si cum aspiratione pronuntiata fuissent, nullus infitias ibit, Latinos eam sua litera h expressisse; quod cum non fecerint, nec aspirata verba audierunt. Ut Græci hiatum mediis in syllabis evitarent, sequentem vocalem aspirabant, quem usum Latini æque retinuerunt. Recte itaque scribitur Johannes, nam apud Græcos invenitur *Ἰωάννης*, quod multi recentiorum emendandum rati Joannes proferunt. At cum quælibet ætas suum habeat jus loquendi, equidem haud probaverim, si Græcis atque Latinis medii ævi suum loquendi usum auferamus et illorum linguas nostro more contra rationem historicam corrigere audeamus, immo præstat, illum modum scribendi retinere, qui primis temporibus christianismi receptus est.

In scribendis nominibus biblicis item septuaginta interpretes et vulgatam biblicorum editionem sequendos esse arbitror, nam quælibet alia scriptio ratione historica destituitur. Quis enim negaverit, illa ætate, quum vetus et novum instrumentum in linguas græcam et latinam translata sint, nomina biblica eodem modo pronuntiata esse, quo in hisce translationibus scribantur, quum interpretes nulla necessitate cogentur, a consueto more loquendi æqualium suorum recedere? Prima virtus interpretationis est, ut intelligatur, si vero nomina propria inusitato more proferuntur, verendum est, ut intelligatur. Cum signa vocalia Hebræorum sæculo demum quinto inventa sint, longo tempore post excisionem et dispersionem populi, sequitur, ea tempestate aliam fuisse enuntiationem verborum quam

illo anteriori ævo, quo biblia translata sint, ideoque eos a vero maxime aberrare, qui ex usu corrupto serioris temporis veterem linguam emendare sibi videantur, scilicet qui sæculo XIX, emortuâ linguâ hebræa, rem melius perspicere hallucinentur, quam Origenes, Chrysostomus et Hieronymus, qui vigente adhuc illa lingua neutiquam moveri poterant, ut nomina biblica locutione sui temporis depravarent. (Vid. s. *Hieron.* in ep. ad Tit. 3, 9.)

Quas in hoc opere regulas criticas secutus sim, breviter exposui, neque sperare licet, fore ut ab omnibus probentur, neque causa timendi adesse videtur, ut ab omnibus rejiciantur, satis est, si scriptorem diligentia, quam adhibere potuit, excusabit.

Dabam Carlsruhæ die 8 Julii, anno 1854.

**F. J. Mone.**

## MARIENLIEDER.

### 321. In omnibus sollempnitatibus b. Mariæ v.

<p>Mysterium ecclesiæ, hymnum Christo referimus, quem genuit puerpera, verbum patris in filio.</p>		<p>Vere gratia plena es et gloriosa permanes, quia ex te nobis natus est, per quem facta sunt omnia.</p>	20
<p>Sola in sexu femina electa es in seculo, quæ meruisti dominum sancto portare in utero.</p>	5	<p>Pastores, qui audierunt, gloriam deo cantarunt, cucurrerunt in Bethlehem, natum videre dominum.</p>	
<p>Vates antiqui temporis prædixerant, quod factum est, quia virgo conciperet et pareret Emmanuel.</p>	10	<p>Sic magi ab ortu solis per stellæ indicium, portantes typum gentium, primi offerunt munera.</p>	25
<p>Mysterium hoc magnum est, Mariæ quod concessum est, ut deum, per quem omnia, ex se videret prodere.</p>	15	<p>Rogemus ergo populi dei matrem et virginem, ut ipsa nobis impetret pacem et indulgentiam.</p>	30

Hs. der ambrosianischen Bibliothek zu Mailand M, 25 des 15 Jahrh. (A), andere Hs. daselbst N, 283 des 15 Jahrh. (M); jene mit dem Titel: In sancta Maria, diese In officio visitationis. Hs. zu Lichtenthal (L) des 14 Jahrh. und zu Karlsruhe, o. N. 14 Jahrh. Bl. 9. (C) und bei Daniel 1, 79 (D).

4 filium C, filio A, alte Schreibung. 5 solla A. 7 et CDL. 8 sanctum AM. 10 prædixerat M. 16 videre proderet A. 19 nobis fehlt AM. 20 Christus per AMDL. 22 domino D, cantaverunt AL, richtiger wäre cantarunt gloriam deo.

Der geschichtliche Anfang der Kirchenfeste wird durch die jährliche Erneuerung zur Gegenwart; als geschichtliche Abgeschlossenheit sind sie da gewesen und vorübergegangen, als fortwirkende Gnadenmittel sind sie an ihren Festtagen gegenwärtig, daher auch in den Gebeten, Liedern und Predigten ihr geschichtlicher Inhalt meist im Präsens angegeben wird, worüber *Bernard.* in vig. nat. serm. 6, 3 ganz gut sagt: quid mirum, si usque hodie dicitur in

ecclesia, Christus filius dei nascitur, quando tam longe antea dicebatur (haud dubium, quin de ipso): puer natus est nobis? (Isa. 9, 6.) Olim cœpit audiri verbum hoc, et nemo sanctorum aliquando fastidivit; siquidem Jesus Christus filius dei heri et hodie et in aeternum. S. No. 142, 22. No. 31, 17.

V. 1. 13. *mysterium. Ignat. ep. ad Ephes. c. 19* führt folgende drei *mysteria clamoris* an: ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου (den Teufel) ἢ παρθενία Μαρίας (nämlich nach der Verkündigung), καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς (nämlich die gottmenschliche Geburt), ὁμοιωῶς καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου· τρία μυστήρια κροαγγῆς, ἅτινα ἐν ἰσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Zu dieser und ähnlichen Stellen vgl. *Mabillon. opp. s. Bernardi notæ p. CVII flg.* Der Teufel weiss zwar Vieles, aber nicht Alles, hätte er das Mysterium der Menschwerdung und Erlösung gekannt, so hätte er diese zu vereiteln gesucht, also Christum nicht tödten lassen, wie schon Ambrosius sagt, dem auch *Hieron. hom. in Luc. 6* folgt, welche drei Väter sich auf 1 Cor. 2, 8 stützen. Dass aber der Teufel die Kreuzigung Christi durch den Verrath des Judas (Joh. 13, 27) herbeiführte, beweist offenbar, dass er den Zweck und den Werth dieses Todes nicht kannte. Wie das Geheimniss der Menschwerdung Gottes dem Teufel verborgen wurde, ist eine unnöthige Frage, es genügt zu wissen, dass der englische Gruss nicht an ihn, sondern an Maria gerichtet war, und dass er sich nicht in die Geheimnisse Gottes eindringen kann. Die Menschwerdung Christi nennt das *Horar. p. 269.* τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸ κεφάλαιον καὶ τοῦ ἀπ' αἰῶνος μυστηρίου ἢ φανέρωσις.

V. 5. ἡ μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη ἀγνή. Nov. 21.

V. 9. Sehr richtig sagen die Menäen: συνέλαβες Θεόν, ἐν προφήταις τὸν λαλήσαντα καὶ τελέσαντα τούτων τὰ κηρύγματα. Oct. 19.

V. 12. Ne timeas, o homo, nec audito dei nomine terrearis, quia nobiscum deus (Emmanuel, Isai. 7, 14); nobiscum carnis similitudine, nobiscum unitate. S. *Bernardi serm. 2, 1.*

V. 13. Scrutari non licet superna mysteria; licet scire, quod natus sit (Christus), non licet discutere, quemadmodum natus sit. S. *Ambros. de fide 1, 10.* In den Menäen heisst es: ὃ θαῦμα θαυμάτων, ὃ καιρῶν μυστηρίων φανέρωσις ἐν σοὶ πεπραγμένων. Jul. Bl. 4. Jan. Bl. 15. ὃ θαῦμα ἐπέκεινα θαυμάτων, πῶς τίποτε καὶ μένει παρθελεύουσα; *ibid.* Jan. 21. μέγα τῆς παρθένου τὸ μυστήριον. 1. Maji., τίς δύναται τὸ σὸν ἐρμηνεύσαι μυστήριον; Jul. Bl. 27. τοῦς οὐκ ἀγγελικὸς, οὐκ ἀνθρώπινος δύναται τὸ ἄφραστον ἐρμηνεύσαι θαῦμα. Oct. 14. νοήσαντες θεηρόφοι προφῆται μυστηρίου σου παρθέρε τὸ βᾶθος, προφητικῶς προκατήγγειλαν τοῦτο. Nov. 12. μέγα τὸ μυστήριον τῆς νουφορίας σου. Nov. 15. *Dominica natiuitas ineffabile sacramentum. S. Bernard. in vig. nat. serm. 5, 1.* ἀρρήτος σου τόκος. *Triodion L, 3.* ἀρρήτον μυστήριον. Dec. 24. φοβερὸν τὸ μυστήριον καὶ τὸ θαῦμα παράδοξον. *Pentecost. p. 136.* ἀπεριόριστον ἀνθρώπινους λογισμοῖς τὸ μυστήριον τῆς ἀρρήτου λοχείας. Jan. 25.

V. 27. *typus gentium*, sie waren ein Vorbild der zum Christenthum bekehrten Heiden, daher sie auch *primitiæ gentium*, die zuerst bekehrten Heiden, genannt werden. No. 60, 2. Dieser Bedeutung schliesst sich der Ausdruck *populi* V. 29 an.

Von diesem Liede steht eine italiänische Bearbeitung in S. *Biava's Melodie sacre* p. 38 (Milano 1838), welche jedoch wenige Gedanken des lateinischen Textes beibehält, sie mit vielen eigenen vermischt und frei behandelt. Des

Beispiels wegen setze ich diese Uebersetzung her und bezeichne die Stellen, welche dem Original folgen, mit cursiver Schrift:

1. Abbia il Cristo qual tributo  
d'ogni spirito redento,  
*in un cantico il saluto,*  
o fratelli, della fè,  
*perchè prese da Maria,*  
nostra suora, *il nascimento,*  
onde ai miseri venia  
della speme la mercè.
2. Sì nei secoli tu sola  
*eri, o vergine, la eletta*  
dalla mistica parola  
del celeste nunziator;  
e, *com' era profetato,*  
*fu l'evento, e benedetta*  
*hai concetto, generato*  
il commune salvator.
3. *Quest' arcana meraviglia*  
Eva l'ebbe per promessa,  
e matura nella figlia  
del perdono si compì,  
quando all' umile, beata  
*per la grazia fu concessa*  
*una gloria consecrata*  
dalle prove che pati.
4. J *pastori*, quale invito  
che dai nugoli scendea,  
*han nell' animo sentito*  
*l'inno angelico suonar,*  
e lo stuolo poverello  
*festeggiando concorrea*  
*di Betlemme nell' ostello,*  
*l'aspettato a contemplar.*
5. Mentre *i magi dai rimoti*  
*lor paësi d'oriënte*  
s'incontrarono coi voti  
*dietro un astro nel cammin,*  
che guidolli *coi segnati*  
*dell' ossequio d'ogni gente,*  
dove stava tra i mortali  
il divino fantolin.
6. Salve, o donna, della vita  
nei pericoli, nei lutti  
sempre il supplice l'aïta  
da te chiesta troverà,  
sinchè giunti, dove i santi  
degli stenti han colti i frutti,  
i tuoi servi giubilanti  
l'uno e trino accoglierà.

Die letzte Strophe, welche dem Bearbeiter allein angehört, ist die beste, in den andern hat er den Grundgedanken des Originals nicht erkannt und darum den Sinn verfehlt. Die *Menschwerdung Christi* wird im lateinischen Liede als die Hauptsache behandelt, daher zweimal *mysterium* genannt (v. 1. 13), demgemäss wird v. 4. *verbum patris* als Gott mit *in filio* als Mensch verbunden, darum ist v. 7. 24 *dominus* hervorgehoben, v. 15. 20 *deus* und *factor*, und v. 12 *Emmanuel* als der biblische Namen des Gottmenschen. Dass an diesem Mysterium die Heiden Theil nehmen dürfen, bewiesen die Magier, darum schliesst das Lied mit dem Aufruf an die Völker (*populi* v. 29). Man vergleiche nun mit diesem strengen Zusammenhang obige Bearbeitung, um daraus zu lernen, wie umsichtig man bei Uebersetzungen der Hymnen in die Volkssprachen verfahren muss.

Ich bemerke hiebei auch eine Sammlung slovenischer Kirchenlieder aus Krain von *Bl. Potozchnik* (*Svete pesmi, perve, druge bukvize*. V Ljubljani 1845. 43. Heilige Lieder, 1 und 2 Bändchen. Laibach. Das erste bereits in der dritten Auflage. in 12.) Die Marienlieder dieser Sammlung hat *Gr. Rihar* besonders mit den Melodien herausgegeben unter dem Titel: *Napevi za Svete pesmi iz slave Marije od Blaza Potozhnika — od Gr. Riharja*. V. Ljubljani. in 4. Es sind 11, theils eigenthümliche, theils aus dem Lateinischen und Teutschen bearbeitet.

Die Russen haben die Troparien der griechischen Choralbücher für ihren Gottesdienst übersetzt und den Ueberschriften nach die griechischen Tonarten beibehalten, wovon aber, wie mir scheint, bei dem Gesang oft abgewichen wird. Man hat sehr alte Ausgaben der slavonischen Ritualbücher, zum Theil mit den griechischen Namen, wie den Octoechus s. Johann. Damasc. gedruckt zu Krakau 1491 in Folio, und das Czasoslowec oder Horarium, gedruckt daselbst im nämlichen Jahr, in Quart. Es ist mir nicht bekannt, ob das Verhältniss dieser Uebersetzungen zu den griechischen Texten untersucht sey oder nicht.

### 322. De b. virg. Maria.

Salve mundi domina et cœli regina, mater dei integra, rosa sine spina.		Tua <i>parturitio</i> nostra sit redemptio et <i>purificatio</i> nostra sit purgatio.	15
Sit tua <i>conceptio</i> nostra medicina et tua <i>nativitas</i> via matutina.	5	Tua sit <i>assumptio</i> nostræ salutis via, tu nos tecum attrahe in vera sophia.	20
Tua <i>præsentatio</i> nostra sit oblatio et <i>annuntiatio</i> nostra sit salvatio.	10	Quae regnas cum filio, <i>o clemens, o pia,</i> fac nos tecum vivere, <i>o dulcis Maria.</i>	

Hs. des Hrn. Emmanuel Cicogna in Venedig, No. 2331. des 14 Jahrh. Ueber diese 7 Marienfeste steht in der Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. fol. 125 folgende Angabe: Septem festa gloriosissimæ dei genitrici nonnullæ peragunt ecclesiæ, conceptionis videlicet, nativitatis, præsentationis, annuntiationis, visitationis, purificationis et assumptionis. Im obigen Liede ist aber die visitatio ausgelassen und dafür die Geburt Christi gesetzt, welche in der Regel als ein Fest Gottes betrachtet wird, aber mit den Marienfesten genau zusammenhängt, daher auch in den Weihnachtliedern die beiderseitigen Beziehungen mit einander erwähnt werden, weil sie Mutter und Kind betreffen. Solche cyclische Festlieder wurden auch auf Christus gemacht. S. No. 170.

Bei den Griechen heissen diese Feste also: *conceptio*, σύλληψις (am 9 Dec.), *nativitas*, γέννησις, γενέθλιον (8 Sept.), *præsentatio*, εισοδία, ἡ ἐν τῷ ναῷ εἰσοδος (21 Nov.), *annuntiatio*, εὐαγγελισμὸς (25 März), *parturitio*, γέννησις τοῦ Χριστοῦ (25 Dec.), *purificatio*, ὑπαπαντή (2 Febr.), *assumptio*, κοίμησις (15 Aug.). Das Fest der Heimsuchung (*visitatio*, am 2 Juli) haben sie nicht, worüber es im Lateinischen ziemlich viele Lieder gibt.

V. 1. mundi domina. Vgl. No. 339, 1.

V. 2. cœli regina. No. 341, 6. Regina mundi nennt der h. Bernhart Maria, in *assumpt. serm.* 1, 4. Das griechische *παμβασίλις* drückt beides aus.

ἡ βασίλισσα τοῦ κόσμου; ἡ κήσασα τὸν βασιλέα Χριστόν. Aug. 15. ἡ βασίλισσα πάσης τῆς κτίσεως. Jan. 25.

V. 5. *Conceptio*. Die Lieder auf Mariä Empfängniss sind nach der Mitte des 12 Jahrh. gemacht, indem dieses Fest erst um jene Zeit allgemeiner gefeiert wurde, wogegen sich der h. Bernhart erklärte, Epist 174. mit Mabillon's Anmerkungen in seiner Ausgabe p. lxi.

V. 20. *vera sophia*, die Weisheit des Christenthums, welche bei griechischen Schriftstellern, namentlich bei Chrysostomus, oft auch Philosophie genannt wird, worunter die Liebe zu Gott als der einzigen Weisheit verstanden ist. Eine Hauptstelle darüber hat *Augustin*. epist. 118.

V. 21—24. Gebete zur Jungfrau Maria schon im 3 Jahrh. erwähnt *Gregor. Naz. orat.* 18 p. 279. Der Grund ist folgender: Non est dubium, quicquid in laudibus matris proferimus, ad filium pertinere; et rursus, cum filium honoramus, a gloria matris non recedimus. S. *Bernard*. hom. 4, 1. Daher werden auch Ausdrücke, die nur Christo zukommen, hie und da bei Maria gebraucht, welche man nur mittelbar verstehen darf, weil sie sonst unrichtig wären.

V. 22. 24. sind aus der Antiphone *Salve regina* entlehnt.

### 323. De b. Maria virgine.

<i>Ave</i> cujus <i>conceptio</i> sollempni plena gaudio caelestia, terrestria novâ replet lætitiâ.		<i>Ave</i> pia humilitas, sine viro fecunditas, cujus <i>purificatio</i> nostra fuit purgatio.	15
<i>Ave</i> cujus <i>nativitas</i> nostra fuit sollempnitas, ut lucifer exoriens, verum solem præveniens.	5	<i>Ave</i> prælata omnibus angelicis spiritibus, cujus fuit <i>assumptio</i> nostra glorificatio.	20
<i>Ave</i> sancta virginitas, immaculata castitas, cujus <i>annuntiatio</i> nostra fuit redemptio	10	Patri natoque gloria perpes sit et lætitia una cum sancto flamine atque beata virgine.	

Hs. zu Karlsruhe ohne Nummer von 1439 (C). Reichenauer Hs. No. 36 Bl. 121 (R). Hs. zu Darmstadt No. 2242 aus dem 14 Jahrh. (D). Der Anfang steht auch bei *Daniel* 1, 348.

1—4 fehlen in D. 7 lux or. für exor. CR. 8 lucem R. 9 vera C. 9 u. 10 stehen an der Stelle von 13 u. 14 CR. 17 præclara hominibus C. 18 virtutibus C. 19 mira für fuit D. 20 nostra fuit D. 21—24 fehlen in CR.

V. 5. 6. Non enim festis laudibus nascens honoraretur, si non sancta nasceretur. S. *Bernard*. in assumpt. serm. 2, 8.

V. 12. redemptio. Mit Bezug auf den ursprünglichen Begriff dieses Wortes (No. 25, 85) sagt *Bernard.* in vig. nat. serm. 3, 1. venit redemptor ad venditos. S. No. 35, 6.

V. 17—20. Quid mirantur, de terra deserta Mariam ascendere deliciis affluentem (Cant. 8, 5)? mirentur potius pauperem Christum de caelestis regni plenitudine descendentem. longe enim ampliori miraculo dignum videtur, dei filium paulo minus ab angelis minorari, quam dei matrem super angelos exaltari. S. *Bernard.* in assumpt. serm. 4, 1.

V. 21—24. δεῖ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ καὶ διὰ τοῦτο δοξάζειν αὐτὸν διὰ τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀπόρρητον δόξαν. *Chrysost.* in ps. 117, 6.

### 324. Ad b. v. Mariam.

Dei matris cantibus sollemnia recolat sollemnibus ecclesia:		surgeret ut fragilis humilitas, per quam venit humilis sublimitas	
vota tuis auribus concilia,	5	incomprehensibilis.	30
te devotis vocibus laudantia, digna dignis laudibus.		O gloriosa etc.	
O gloriosa domina, quorum laudant carmina, precamur, dele crimina.	10	Quam tibi vox attulit angelica, mundum salus extulit ad caelica, bona secum detulit	35
Tua nos restituit conceptio, quos serpentis obruit deceptio, de mortis eripuit confinio, et finem imposuit exilio, quod Eva promeruit.	15	vivifica, mala nobis abstulit mortifica et in salutem contulit.	
O gloriosa etc.		O gloriosa etc.	
Est et venerabilis sollemnitatis nobis tua nobilis nativitas,	20	Pudoris incognitus in te nitor, cujus nullus coitus est cognitor; ex te nobis editus est conditor,	40 45
	25	idem tibi genitus et genitor, patris unigenitus. O gloriosa etc.	



Te decet fecunditas		Ades ergo miseris	
virginalis,	50	supplicibus	
luminum festivitas		et nostri memineras,	60
spiritalis;		ut precibus	
cera est virginitas		nos conjungas superis	
parentalis,		spiritibus,	
linum est humilitas	55	quo praelata ceteris	
filialis,		cœlestibus	65
ignis est divinitas.		fructu tuo frueris.	
O gloriosa etc.		O gloriosa etc.	

Von Guido von Basoches (de Basochiis), in der Hs. seiner Briefe zu Luxemburg No. 108, b. aus dem 12 Jahrh. Er sagt am Schlusse des Briefes, wozu dieses Lied gehört: mitto tibi singulas de singulis ejus sollempnitatibus laudationis rythmicæ clausulas. Guido starb 1203. Die Strophen sind in der Hs., jedoch nicht alle, so abgetheilt, dass die 4 ersten Verse einen Absatz, die 5 folgenden den zweiten und der Rundreim den dritten bilden, welche wahrscheinlich auch durch die Melodie unterschieden wurden.

V. 18. confinium (Gefangenschaft, das französische *confiner*) und finis exilii sind Gegensätze, die hier hervorgehoben werden.

V. 26—30. Quod deus feminae obtemperet, humilitas absque exemplo, et quod deo femina principetur (Luc. 2, 31), sublimitas sine socio. S. *Bernardi* hom. 2, 7. Dominus ad humilia descendit et campestria, ut diabolus humilitate superaret. *Hieron.* in Matth. 1, 4. S. No. 37, 23. No. 42, 11.

V. 46. 47. *χαῖρε ἡ τεκοῦσα τὸν ποιητὴν σου καὶ κύριον.* *Triodion* P, 3.

V. 64. 65. Nonne tuo, immo veritatis judicio, illa, quæ deum habuit filium, super omnes etiam choros exaltabitur angelorum? annon deum et dominum angelorum Maria suum audacter appellat filium (Luc. 2, 48)? quis hoc audeat angelorum? *Bernardi* hom. 2, 7.

### 325. Conceptio b. Mariæ virginis.

Aurora lucis oritur,		Ex Bethleem percepimus	
conceptio recolitur		Annam fuisse, vir ejus	10
Mariæ, quæ verbigenæ		ex Nazareth et Joachim,	
vas est provisæ gratiæ.		natam laudemus perpetim.	
Ut femina dilueret,	5	Concepta ex parentibus	
quod femina polluerat,		Mariam nunc colentibus	
a labe hæc originis		per matrem primogenitæ	15
præservabatur criminis.		tuam nefanda remove.	

Quæ spinetum lilium  
ex stirpe Jesse proditum,  
tu nobile triclinium,  
singulare refugium.

ut pie gentem expiet,  
quæ te conceptam celebrat.

20 Almo deo cum filio 25  
laus sit et jubilatio,  
sancto simul paraclito  
æqualis sit laudatio.

Regem placato propere,  
quem concepisti corpore,

Hs. zu Frankfurt IV. 3. aus dem 14 Jahrh.

4 besser provisum. 5 diluet Hs. 6 polluat Hs. 8 præservabat Hs. 24 te  
fehlt der Hs. 27 patri für sancto Hs.

V. 4. Daher heisst sie ἡ προορισθεῖσα παντάνασσα. Men. Nov. 21. In lege  
retributio est, in evangelio gratia. Hieron. in Matth. 1, 5, 38.

V. 5. Ἐνας τῆς πρώτης τὴν κατάραν μεταβέβηκας, ἀγνή, εἰς ἐλόγιαν, υἱὸν  
τοῦ Θεοῦ γενήσασα. April. 12. τῆς πρώτης Ἐνας περιέστευλας αἰσχρος τὸ δύς-  
μορφον. Nov. 17. Eva heisst die erste, denn Maria ist die zweite Eva, wie  
Christus der zweite Adam genannt wird. No. 44, 12. Per mulierem in interitum  
missi eramus, per mulierem nobis reddita est salus. S. Augustini serm. 289, 2.  
Mortem nobis persnaserat femina, vitam nobis peperit femina. Idem serm. 184, 2.

V. 9—11. Diese Angabe der Aeltern Mariä folgt der alten Legende und  
ist in den Liedern gewöhnlich. Andere halten sie für die Tochter Heli's  
(Luc. 3, 23) und diesen Namen für eine Abkürzung von Heliakim, was sie für  
einerlei mit Joachim erklären. Die Andacht leidet durch diese Untersuchung  
nicht, es bleiben die Aeltern Mariä, ob sie so oder anderst geheissen haben.  
Die Griechen haben den 9 Sept. als kirchlichen Erinnerungstag der Aeltern  
Mariä, welche sie Θεοπάτορες nennen, weil Maria Θεόπαις genannt wird.  
S. No. 379, 23. Auch David wird Θεοπάτωρ genannt in Bezug auf Christus.  
Pentecost. 3.

V. 17. ὡς κρῖνον ἀναμέσον ἐκλάμπουσιν τῶν ἀκανθῶν ἐνθῶν ὁ νυμφίος σε  
ἠγάπησε. Nov. 12. Das Judenvolk wird nämlich mit dem brennenden Dornbusch  
verglichen. Spinosum populum Judæorum significabat rubus, quo Moyses mitte-  
batur. — nam si ille populus spinis non significaretur, non ab eo spinis Christus  
coronaretur. Augustini sermo 7, 2. S. No. 326, 43—46.

V. 20. refugium, καταφυγή τῶν ἐν δεινοῖς ὑπαρχόντων. Nov. 28. σὲ πάντες  
καταφύγιον καὶ Θεῖαν σκέπην ἀμαρτωλοὶ ἐν βίῳ κεκτίμεθα. Pentecost. p. 80.

### 326. De conceptione s. Mariæ virg.

in evangelio. antiphona.

tua namque conceptio  
summis est gratulatio.

5

Ave decus virgineum,  
ave jubar æthereum,  
nobis præsens sollemnitas  
assit perpes jocunditas,

in primo nocturno. antiph.

Gaude fidelis concio,  
adest ejus conceptio,

quæ delet Evæ maculam,  
vitæ redonat infulam. 10

A. Cui Eva obedivit,  
hæc serpentis caput trivit,  
jugum spernens nuptiarum,  
deo vovit cœlibatum.

A. A prophetis præcinitur, 15  
et figuris ostenditur,  
quod mulier procederet,  
quæ deum virgo pareret.

A. Namque rubus incombustus,  
Moysen qui terruit, 20  
hæc est virgo, quæ pndore  
salvo deum genuit.

A. Virga Aaron fructifera  
Mariæ typum gesserat,  
quæ nobis fructum attulit, 25  
famem qui nostram depulit.

A. Esaiâs ille divus,  
secretorum dei rivus,  
virgæ movens mentionem  
pandit hanc conceptionem. 30

*responsorium.*

Fulget dies hodierna,  
digna laude sempiternâ,  
qua concepta est Maria,  
per quam patet vitæ vita.

*versus.*

Germine regali 35  
nec non et pontificali. Qua conc.

Resp. Abrahæ stirpe generosa  
virgo prodit gloriosa,  
quæ nullius per exemplum  
se sacravit deo templum. 40

Vers. Hæc ammiranda,  
cunctis hæc est imitanda.  
Quæ null.

R. Sicut rosa inter spinas  
illis addit speciem,  
sic venustat sua virgo 45  
Maria progeniem,  
germinavit enim florem,  
qui vitalem dat odorem.

V. Cujus cunctorum  
laus promitur ore piorum.  
Germ. 50  
Gloria patri etc.

R. Virga Jesse de radice  
genus duxit inclytum,  
oraculis prophetarum  
quod fuerat proditum,  
inde virgam egressuram 55  
prolem Christum parituram.

V. Voce prophetiæ  
signatur origo Mariæ. Inde.  
Gloria patri etc.

*antiphona. in secundo nocturno.*

Abrahæ fit promissio,  
quod illius successio 60  
velut arena cresceret,  
stellis æqualis fieret.

A. Hoc promissum est impletum  
castæ per Mariæ fœtum,  
quæ gignendo granum sevit, 65  
de quo seges tanta crevit.

A. Vineam quondam sterilis,  
deo cultore fertilis,  
vitem fecundam pullulat,  
fundentem cunctis pocula. 70

- A. Ista vitis est Maria  
Judææ progenie,  
ad conceptum nutu dei  
quæ processit hodie.
- A. Hæc est botrum paritura 75  
virgo plena gratiâ,  
qui crucis pressus in prelo  
convivantes ebriat.
- A. Gratulare et lætare,  
urbs opima Nazareth, 80  
hodiernæ fecundaris  
ubertate gratiæ,  
casus mortis, salus orbis  
spes datur et veniæ.
- R. Prophetalis nubem levem 85  
vox dixit ascendere  
salvatorem Aegyptique  
tenebras invisere,  
ut in mortis caligine  
sedentes lustret lumine. 90
- V. Diffugiunt tenebræ,  
pandunt secreta latebræ. Ut in.
- R. Verbum patris mundo fulsit  
virginis per uterum,  
cujus mentem non gravavit 95  
onus premens scelerum,  
sicut in vellus pluvia  
sic descendit in Maria.
- V. Solem justitiæ  
concludunt claustra Mariæ. 100  
Sicut.
- R. Celebris dies colitur,  
in qua virgo concipitur,  
quæ per obedientiam  
mundo refudit gratiam,  
ut, quod ruit per feminam, 105  
relevetur per feminam.
- V. Ista fuit digna  
transgressûs tergere signa.  
Ut quod.
- R. Ecce novum per prophetam  
super terram facere, 110  
se promisit auctor, virum  
feminam circumdare;  
venerenda novitate  
prodeunt miracula,  
nam Mariæ prægnans alvus 115  
dei prolem bajulat.
- V. Sanctus huic obumbrabit  
spiritus et gravidabit  
fitque parens  
virgo manens. 120  
Nam Mar. Gloria p.  
*ad cantica.*
- A. Audi, virgo glorifica,  
post filium spes unica,  
clemens et imperialis,  
nostra dele maculosa,  
acceptans nostra cantica 125  
impetra fulcra cœlica.
- R. O beata progenies,  
o veneranda species,  
unde surgit ut aurora  
Maria virgo decora, 130  
quæ produxit mundo solem,  
veram dei patris prolem.
- V. Hæc merito dicta  
super omnes est benedicta.  
Quæ p.
- R. Patriarcharum semine, 135  
prophetarum origine,  
regum atque pontificum  
genus vernat magnificentum,  
unde virgo concipitur,  
Christi mater eligitur. 140

V. Nobilis et clara  
 stirps est domino quoque cara.  
 Unde.

R. Gloriosa dicta constant  
 de te, mundi domina,  
 namque vatum proloquuntur 145  
 veridica carmina,  
 tuum te adversus morem  
 generare genitorem.

V. Pro meritis claris  
 per secula cuncta bearis. 150  
 Namque etc.

R. O Maria clausa porta,  
 quam nemo aperuit,  
 princeps ille, qui transivit,  
 deus et homo fuit,  
 nec ingressus nec egressus 155  
 violavit clausulam,  
 sed quam prius non habebat,  
 sumpsit carnis fibulam,  
 sic togatus tanquam sponsus  
 suo processit thalamo. 160

V. Perfudit tota,  
 sacra virgo, te theoteta,  
 decrevitque deus  
 filius esse tuus. Nec ingr. Glor.  
 Nec ingr.

V. Stella maris, o Maria, 165  
 tibi præsens concio  
 odas solvit, vota fundit  
 summo cum tripudio.  
 ad conceptum te provexit  
 hodierno conditor, 170  
 per quam mundo factus caro  
 subveniret perditio;  
 ergo pia nos commenda  
 tua prece filio,  
 alvo tua virginali 175

qui ut sponsus proprio  
 processit e thalamo.

*in matutinis laudibus.*

A. Conceptus hodiernus  
 Mariæ semper virginis  
 nævum tergit, nexum solvit 180  
 vetustæ originis,  
 mæstis reddit lætitiã,  
 dat criminosis veniam.

A. Gloriosa semper virgo,  
 Maria dulcissima, 185  
 precibus te venerantum  
 annue, piissima  
 interventrix, ne labamur,  
 a te semper protegatur.

A. Maria plena gratiã, 190  
 stirpe concepta regiã,  
 assistentes tuæ laudi  
 miserando nos exaudi.

A. O quam larga te perfudit,  
 virgo, benedictio, 195  
 qua deletur, quam induxit  
 Eva, maledictio.  
 intende nostris laudibus,  
 beata in mulieribus!

A. Dignare me laudare te, 200  
 virgo et puerpera,  
 te poscentem ab ærumnis  
 leva super æthera,  
 potes enim ut domina  
 poli pandere limina. 205

*in evangelio. antiph.*

Benedicta es Maria,  
 laus nostra, spes et domina,  
 te collaudat, colit, tremit  
 trina mundi machina:

in tua conceptione congaudentes confove, profutura largiendo nocitura dimove. alleluja.	210	cujus festum celebramus et juvamen imploramus.	220
<i>ad primam. antiph.</i>		<i>ad sextam. antiph.</i>	
Gaude mater ecclesia, nova frequentans gaudia, lux micat de caligine, rosa de spinæ germine.	215	O Maria, clausus hortus, naufragentis mundi portus, placa nobis, qui te fecit, matrem sibi quam elegit.	225
<i>ad tertiam. antiph.</i>		<i>ad nonam. antiph.</i>	
Hæc est illa stella maris, per quam fulsit lux solaris,		Adesto jam supplicibus, tuis faveto precibus, manum benignam porrige vitamque nostram dirige.	

Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 43—46. zu Karlsruhe, aus dem 12 Jahrh. mit der Melodie (A). Ebenfalls ein ganz gereimtes Officium auf dieses Fest steht in der Hs. S, 296 des Klosters S. Peter in Salzburg aus dem 12 Jahrh., die ich aber nicht verglichen. Sie fängt jedoch erst mit V. 213 an. Ebenso die Hs. des germanischen Museums zu Nürnberg No. 4984 des 13 Jahrh. mit der Melodie, worin diese Antiphonen als einleitende Gesänge zu Psalmen, mithin zur Vesper bestimmt sind (B). Diese Hs. fügt aber nach 228 noch die Antiphone V. 120 bis 125 bei, mit der Lesart *crimiosa* f. *maculosa*.

46 progenie, A. 62 stellisque, A. 69, 70 ungenauer Reim. 78 deebriat, A. 106 reveletur, A. 117 ob. huic, A. 120 et virgo manet, A. ohne Reim. 126 fulchra, A. 140 Christique, A. 162 theoteta für *θεότης*, der Dichter hielt jenes für den Nominativ. S. No. 6, 25. 170 nämlich die. 177 e fehlt der Hs. 207 collaudant A. 219 celebremus B. 220 imploremus B. 225 nobis B, *faciendo* A.

V. 15. Ardorem desiderii patrum suspirantium Christi in carne præsentiam frequentissime cogitans compungor et confundor in memet ipso, — ita pudet teporis torporisque miserabilium temporum horum. cui namque nostrum tantum ingerat gaudium gratiæ hujus exhibitio, quantum sanctis veteribus accenderat desiderium promissio? S. *Bernard.* in cant. serm. 2, 1.

V. 19. rubus. Quid rubus ille quondam Mosaicus portendebat, flammam quidem emittens, sed non ardens, nisi Mariam parientem et dolorem non sentientem? quid virga Aaron florida nec humectata, nisi ipsam concipientem, quamvis virum non cognoscentem? hujus magni miraculi majus mysterium Isaias edisserit dicens: egredietur virga de radice Jesse et flos de radice ejus ascendet (11, 1); virgam virginem, florem virginis partum intelligens. S. *Bernard.* hom. 2, 5.

V. 30. via. Virgo regia ipsa est via, per quam salvator advenit. S. *Bernardi* serm. 2, 5.

V. 65. granum. 66. seges. Christus ist die Frucht Mariä, deren Samen sie durch Gottes Wort bei der Verkündigung empfing. Die Vergleichung Christi mit dem Acker- und Weinbau in Bezug auf das h. Abendmal ist sowol in der

V. 20. *lumen solis*, in andern Stellen *lux solaris*, heisst Maria in Bezug auf Christus die Sonne der Gerechtigkeit, weil sie von ihm erleuchtet wird. Die Vergleichung *aurora* und *lux* ist in menschlicher Beziehung aufgefasst, weil Maria als Mutter ihrem Sohne in der Zeit vorausgeht. No. 328, 2. No. 385, 30. No. 402, 41.

V. 23. *Judæi. οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀναυσχυντοῦντες εἰσι. Chrysost. in ps. 8, 1.*

### 368. Prosa de virgine Maria.

Ave virgo virginum, ave lumen luminum, ave stella prævia!		Tu nostrum refugium, da reis remedium, procul pelle vitia.	
Mediatrix hominum ablutrixque criminum, ave virgo regia!	5	Infirmos tu visita, mortuos resuscita, da mœstis solatia.	20
Castitatis lilium, consolatrix omnium, peccatorum venia.		Per te justis gratia, per te reis venia datur et lætitia.	
Munda sordes scelerum, cicatrices vulnerum terge plena gratiâ.	10	Virgo carens simili, tu quæ mundo flebili contulisti gaudia,	25
De peccati vinculo, hoste, carne, sæculo libera nos Maria.	15	Nos digneris visere, ut cum Christo vivere possimus in gloria.	30

Aus handschriftlichen Zusätzen des 15 Jahrh. in einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim. Das Eigene des Liedes besteht darin, dass die dritten Verse nur auf ia reimen. Ist dem *Veni sancte spiritus* nachgeahmt.

V. 3. *stella prævia*, der Morgenstern, gleichbedeutend mit *aurora*, wie Maria in andern Liedern genannt wird. No. 328, 1. No. 367, 20.

V. 4. *mediatrix. ἄλλην οὐκ ἔχομεν μεσιτείαν. Jul. f. 21.* Von dieser vorangestellten Eigenschaft hängt der übrige Inhalt des Liedes ab, denn die folgenden Bitten sind so zu verstehen, dass sie durch die Fürsprache, gleichsam die Vermittlung Mariä erhört werden. S. die Bemerkung zu No. 322, 21. In diesem Sinne ist jedesmal der Beinamen *mediatrix* zu verstehen, wenn eine Bitte daran geknüpft wird. *πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμένειαν δεσπότου. Horar. p. 92. 136.*

V. 9. *peccatorum venia, ἱλαστήριον, πανάμωμε, γεγένησαι ἀμαρτανόντων. Jan. Bl. 20.*

V. 11. cicatrices vulnerum, ebenso in den Menäen: τὰς οὐλὰς ἐξάλειφειν πταισμάτων. Oct. 14. τῆς ἁμαρτίας τὰς οὐλὰς ἐξάλειψον. Nov. 11. Der Gegensatz sind die Wundmale Christi, welche der Erlösung wegen felices cicatrices heissen. No. 85, 9.

V. 13. ἁμαρτιανόντων ἢ λύτρωσις. Jul. Bl. 17. δεσμὸν διέλυσας τῆς παραβάσεως. ib. 31. Dieser Ausdruck deutet auf den Ursprung der Bande hin, auf die Erbsünde.

V. 16. refugium, καταφυγή in den Troparien. Goar. rit. Græc. 403. χριστιανῶν πάντων τὸ προσφύγιον. Januar. Bl. 19. ποῦ φύγω δέσποινα, εἰ μὴ πρὸς σὲ ἀγνὴ καταφεύγω; Jul. Bl. 22. καταφύγιον χριστιανῶν. Dec. 15.

V. 20. mortuos, νεκρωμένον τὸν νοῦν μου τῶν παθῶν τρικυμίας ἀνάστησον. Jan. Bl. 14. δεινῶν ἐπικλύσεισι θανατωθέντα με ζώωσον πρεσβείαις σου. ib. 20. νεκρῶθεῖσαν τοῖς παραπτώμασι ζώωσον, τὴν ψυχὴν μου. ib. 21. ζώωσον ψυχῆς τὴν νέκρωσιν. Jul. Bl. 8. ζώωσον τὴν ψυχὴν μου νεκρωμένην πάθει καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασι. Apr. 22. Den Zusammenhang dieser Vorstellungen erklären die Menäen zum 10. Sept. also: νεκρωθέντα με κακία ἢ ζωὴν τεκοῦσα ζώωσον.

### 369. De Maria matre domini.

Gaudium mundi, nova stella cœli,  
procreans solem, pariens parentem,  
da manum lapsis, fer opem ca-  
ducis,

virgo Maria.

Te deo factam liquet esse scalam, 5  
qua tenens summa petat altus ima,  
nos ad excelsi remeare cœli  
culmina dona.

Te beatorum chorus angelorum,  
te prophetarum et apostolorum 10  
ordo præclarus sibi cernit unam  
post deitatem.

Aula cœlestis speciosa regis,  
fulta septenis sophiæ columnis,

Quem nequit totus cohibere mun-  
dus, 15  
claudis in alvo.

Quem tremunt cœli, metuunt abyssi,  
fluminum guttæ maris et procellæ,  
laudat occasus, veneratur ortus,  
stringis in ulnis. 20

Lacte nutritur cibus angelorum,  
fertur innuptæ gremio puellæ,  
qui sua late ditione terræ  
pondera librat.

Sit decus summo sine fine Christo, 25  
sancta quem virgo genuit Maria,  
qui patri compar flaminique sancto  
regnat in ævum.

Hs. der ambrosianischen Bibliothek zu Mailand, F. 13. des 15 Jahrh. (A). Das Lied ist von Petrus Damiani und steht in seinen Werken Carm. No. 47. in assumptione ad vespas (B).

4 beata f. Mar. A. 5 licet A. 6 summum petit-imum B. 10 sacri vates f. proph. B. 11 prælatam B, præclarum A. 19 venerantur A. 23 besser lata. 26 virgo q. s. A.



V. 9. 10. Die Engel sind hier für den Himmel, die Propheten für das alte und die Apostel für das neue Testament angeführt. ἡ τιμιωτέρα τῶν χειρουβίμ καὶ ἐνδοξοτέρα ἀσσυγκρίτως τῶν σεραφίμ. *Horar.* p. 107.

V. 17. ὃν τρέμουσι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις, ὄντως τίκτεται ἐκ τῆς παρθένου ἀτρέπτως. *Acoluth. Dionys.* p. 15.

V. 17—20 betreffen die dreitheilige Welt. No. 4, 21. Considera virtutem domini, quod impleverit mundum, i. e. caelestia, terrestria et infernalialia. *Hieron. homil. in Luc.* 6.

V. 20. πῶς τὸν κτίστην φέρεις ἐν ἀγκάλαις; *Acoluth. Dionys.* p. 14. ἀγκάλαις περικρατεῖς τὸν πάντα κατέχοντα. *Mai* 31. φέρεις ἐν ἀγκάλαις Χριστὸν, τὸν διακρατοῦντα οἰκουμένην πᾶσαν χειρί. *Febr.* 11.

V. 21. *cibus angelorum.* S. No. 204, 21. No. 206, 22. *Auch angelorum cena.* No. 370, 54.

### 370. Sequentia de v. Maria.

Salve porta chrySTALLINA, vivi panis officina, diræ mortis medicina, flos mundi Maria.		hæc, qua deus latuit, virgo est tenella.	25
Salve rosa carens spina, virga florens vi divina, de qua nux amygdalina crevit vitæ via.	5	Auris et mens pervia deo sunt ingressus, non patent vestigia, quibus est egressus.	30
Salve virgo virtuosa, dei mater gloriosa, plena sancto flamine:	10	Sicut vitrum radio solis penetratur, inde tamen læsio nulla vitro datur,	
Te laudamus, ut condigne nos accendat deus igne caritatis geminæ.		Sic, immo subtilius, matre non corrupta, deus dei filius	35
Mira rei novitas, virgo imprægnatur, mira dei caritas, deus incarnatur.	15	suâ prodit nuptâ.  Prodit cogitatio clausâ cordis venâ,	40
O novum connubium, soli nubit stella, novum puerperium, parturit puella.	20	parit sine pœna.	
Moyses qua jacuit scirpea fiscella,		Non perit lux oculis, cum lux evagatur, nec in ortu flosculis mater defloratur.	45

Candens plus quam lilium, vernans plus quam rosa, tuum roga filium, virgo speciosa,	50	Ne post mortem puniat nos inferni pœna, sed tecum reficiat angelorum cœna.
--	----	---

Hs. zu München, von Kaisersheim, No. 37. des 13 Jahrh.

V. 14. caritas gemina, die Liebe Gottes und des Nächsten, in andern Liedern ignis geminus genannt. No. 17, 11. No. 20, 15.

V. 15. 17. 21. Das Neue bei der Geburt Christi bedeutet sowol die Erneuerung der Menschheit (No. 43, 1), als auch, dass dieses Ereigniss vorher unerhört war, daher die Griechen dafür ξένος brauchen. No. 86, 13. Eine dritte Beziehung gibt Hieron. in Lucam hom. 6, den wahrscheinlich manche Hymnedichter im Auge hatten. Er sagt: Angelus novo sermone Mariam salutavit, quem in omni scriptura invenire non potui. — id enim quod ait: ave gratia plena, quod græce dicitur κεχαριτωμένη, ubi in scripturis alibi legerim, non recordor: sed neque ad virum istiusmodi sermo est, salve gratia plena, soli Mariæ hæc salutatio servatur. Dec. 24. τί τοῦτο τὸ μέγιστον καὶ ξένον θαῦμα; πῶς φέρω σε φέροντα. No. 364, 1. σύλληψιν ξένην κεκτημένη. Febr. 11. ξένα καὶ παράδοξα τῶν οὐρανῶν ὁ δεσπότης ἐπὶ σοὶ τετέλεκε. Pent. 19.

V. 42. pœna heisst hier nicht Strafe, sondern Pein, Schmerz, denn es bezieht sich auf Gen. 3, 13. Denselben Sinn hat es auch bei Christus. No. 85, 5. ἐν τῷ ὠδίνειν σε, κόρη, τὰ μίτρων οὐκ ἔγνωσ, ὑπερφυῶς ἐπεὶ συλλαβοῦσα θεόν. Mai. 7.

### 371. De s. Maria.

Auster veni, perfla mentem et accende torpescentem aquilonis frigore!		Virgines mirentur matrem virginem, quæ prolis patrem virum non cognoverit.	
Surge torpor aquilonis, novo rore, novis donis fecundato pectore!	5	Ammiremur et nos mundam genitricem, sed fecundam veneremur virginem;	20
Lingua torpens relaxetur et in laudem excitetur venerandæ virginis,		Mundam a contactu viri, in qua constat cœniri verbo patris hominem.	
Ut laus digna detur ei, quæ non tantum mater dei, sed dei et hominis.	10	Ergo virgo mater dei, in qua summa nostræ spei consistit et veniæ,	25
Inter matres nulla talis, quam character virginalis nec post partum deserit.	15	Regem nostrum tuum natum, redde nobis hic placatum, nos reformans gratiæ;	30

Ut qui consors nostræ sortis  
in cruce pro nobis mortis  
pertulit angustias,

Suæ nobis deitatis  
et æternæ claritatis  
conferat delicias.

35

Hs. zu München Clm. 10075. 14 Jahrh. mit der Melodie.

7 torpes, Hs.

V. 4. Aus Cant. 4, 16. surge aquilo, hebe dich weg, Nordwind! Vergl. No. 385, 11. 12. Recedente aquilone, id est, maligno spiritu, sanctus spiritus mentem quasi auster replet. *Gregor. M. hom. in Ezech. 1, 2, 9.*

V. 10. Dafür sagen die Menäen: τὴν θεομίτορα παρθένον ὀρθοδόξως ἀνυμνήσωμεν. Febr. 1. Denselben Ausdruck brauchen die Lateiner vom Kreuze Christi. No. 107, 26.

V. 12. Vgl. No. 340, 8. Perfectus homo, id est in veritate carnis et animæ rationalis, natus est per uterum virginis unigenitus filius dei. *Gregor. M. epist. 11, 67.*

V. 16. ὡς βασιλίδα ἠγάπησαν παρθένοι σε, παρθένε, ὀπίσω σου ἀπενεχθεῖσαι τῆς θεόπαιδος. Mai. 6. παρθένοι χορεύσατε λαμπαδηφόροι, καὶ μητέρες ἄσατε τῇ βασιλίδι μητέρι. Nov. 21.

V. 31. Christus sese nobis per naturæ nostræ consortium junxit. *Gregor. M. cur. pastor. 2, 10.*

### 372. De nativitate domini. in galli cantu.

1. Promissa mundo gaudia  
superna solvit gratia die ista.  
In virgine fecunditas,  
in prole fulsit deitas. d. i.

2. In supernis genitus 5  
sine matre,  
hac in valle natus est  
sine patre. d. i.

Virga Jesse florida 10  
fructum dedit,  
Gedeonis vellera  
ros infudit. d. i.

3. Mons de monte sine manu  
hominis excisus est. d. i.  
Pressus pede mulieris 15  
coluber contritus est. d. i.

4. Helisæus prodiit  
et defunctum adiit  
subsecutus baculum. d. i.  
Lapis iste reprobus 20  
junctis parietibus  
unum fecit angulum. d. i.

5. Eructavit cor  
summi patris verbum bonum,  
manducavit 25  
homo panem angelorum. d. i.  
Sator exiit  
seminare semen verum,  
novus esse  
coepit antiquus dierum. d. i. 30

6. Rex in prædam prodiit  
et in sole posuit  
suum tabernaculum. d. i.

- Terra vermem protulit,  
per quem Jonas perdidit 35  
et deflet umbraculum. d. i.
7. Splenduit lucerna,  
quam accendit mulier,  
micuit electrum,  
quod vidit Ezechiel. d. i. 40
- Veritas de terra,  
de Sion Emmanuel  
ortus est et missus  
in salutem Israhel. d. i.
8. Fides matris virginis, 45  
obumbramen flaminis,
- verbi vis et hominis  
cataplasma confecerunt. d. i.
- Hoc respirant miseri,  
spoliantur inferi, 50  
cedunt nobis superi,  
renovatur ordo rerum. d. i.
9. Tot beneficia  
sacrâ lætitiâ  
recolat ecclesia. d. i. 55
- Deo sit gloria,  
ex cujus gratia  
speramus cœlestia. d. i.

Hs. zu Admont No. 212. des 12 Jahrh. mit Neumen (A). Hs. zu S. Peter in Salzburg IX, 11. des 12 Jahrh. (B).

5 editus A. 7 ac f. hac B, verräth einen wälschen Ursprung des Liedes. est natus würde dem Reim entsprechen. 9 floruit A. 14 abscisus B. 15. 16 fehlen B. 17 exiit B. 20—22 stehen vor 17—19 in A, ille B. 23—26 stehen in B nach 26. 24 superni B, patris fehlt B. 35 cecidit B. 37—40 stehen an 41—44 in B. 43 natus B. 49 quo B. 52 revocatur B. 54 et sac. A.

Dies und das folgende Lied haben Aehnlichkeit mit den älteren Troparien, unterscheiden sich aber von ihnen durch den Reim und die Behandlung.

V. 1. 2. *Augustin. cont. Faust. 12, 25.* sagt gegen die Manichäer: Christum dicitis ab Israelitis prophetis non esse prædictum: cui prædicendo omnes illæ paginæ vigilant, si eas *perscrutari pietate, quam exagitare levitate malletis.*

V. 15. 16. Per serpentem intelligitur mors, quæ facta est a serpente in paradiso, modo locutionis per efficientem id, quod efficitur, demonstrante. *Augustin. de trinit. 3, 20.*

V. 33. tabernaculum, *θεοχώρητος σκηνή.* Nov. 21. τὸ τοῦ ὑψίστου ἡγιασμένον θεῖον σκηνώμα. *Pent. 9.*

V. 34. vermis. S. No. 3, 7.

V. 37. lucerna. S. die Stelle zu No. 354, 6, wozu auch folgende gehört. Non est de numero fatuarum virginum, prudens est virgo, lampadem habet, sed in vase oleum portat. — processit igitur gloriosa virgo, cujus lampas ardentissima ipsis quoque angelis lucis miraculo fuit (Cant. 6, 9). S. *Bernard. in assumpt. serm. 2, 9.* Maria wird oft von den Griechen *λυχνία φωτὸς* genannt, d. h. *lucerna Christi.* *νοεράν σε λυχνίαν πάλαι ὁ προφήτης κατεῖδε.* Mai. 31. Sie wird daher mit den klugen oder lampentragenden Jungfrauen zusammengestellt. No. 371, 16.

V. 42. Emmanuel. Objiciat ei (scil. ecclesiæ) quisque, quod Emmanuel adamaverit: irridet inscitiam illius hominis, amplectitur veritatem hujus nominis. *Augustin. cont. Faust. 15, 9.*

## 373. De b. Maria v.

- |   |    |   |    |
|---|----|---|----|
| 1. Ave mater,<br>qua natus est orbis pater,<br>o Maria.       |    | Ave sponsa sophiæ<br>nos reformans gratiæ,<br>o Maria.                          |    |
| Ave nata,<br>filii filio creata,<br>o Maria.                  | 5  | 5. Ave fons justitiæ,<br>origo munditiæ,<br>cella pudicitiae,<br>o Maria.       | 25 |
| 2. Ave mundi domina,<br>Evæ solvens crimina,<br>o Maria.      |    | Ave virgo virginum,<br>mediatrix hominum,<br>munda culpas criminum,<br>o Maria. | 30 |
| Ave sidus regium<br>gignens dei filium,<br>o Maria.           | 10 |   |    |
| 3. Ave cæli regia,<br>plena dei gratia,<br>o Maria.           | 15 | 6. Ave puerpera,<br>lapsos de vipera<br>reduc ad æthera,<br>o Maria.            | 35 |
| Ave porta cœlica,<br>quam plebs laudat anglica,<br>o Maria.   |    | Candens flos lili<br>loca nos ad pii<br>dexteram filii,<br>o Maria.             | 40 |
| 4. Ave dei thalamus,<br>myrrha, thus et balsamus,<br>o Maria. | 20 |   |    |

Reichenauer Hs. No. 151. Bl. 167. des 14 Jahrh. mit den Neumen.

17 es stand früher angelica, ist aber corrigirt. 30 hominum fehlt der Hs.

V. 22. sophia ist hier Christus als *dei sapientia*. Daher sagt *Clem. Alex.* strom. 1, 27. *δύναμις καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ, ὃ τε νόμος, τό τε εὐαγγέλιον*. Sponsa: *πανάμωμος νύμφη τοῦ ποιητοῦ*. *Acoluth. Spyridon*. p. 24. Quæro, quare deus, cum semel salvatorem judicaret nasci ex virgine, non elegit puellam absque sponso, sed eam potissimum, quæ jam erat desponsata? et nisi fallor, hæc causa est: debuit de ea virgine nasci, quæ non solum sponsum haberet, sed, ut Matthæus scribit, jam viro tradita fuerat, licet eam vir necdum nosset, ne turpitudinem virginis habitus ipse monstraret, si virgo videretur utero tumentis. *Hieron. hom.* in Luc. 6. Man bemerke dazu, dass die Brautschaft mit Gott im höheren Sinne als eine Ehe betrachtet wird, was bei den Kirchenschriftstellern häufig vorkommt, daher auch Maria in den Liedern regelmässig sponsa genannt wird, denn sie ist ein Vorbild der himmlischen Ehe. Dieser Sprachgebrauch war

biblich. In scripturis sponsi viri et sponsæ vocantur uxores. *Hieron.* in Matth. 1, c. 1. Auch ist die häufige Vergleichung Marias mit Eva hierbei nicht zu übersehen. Es entspricht nämlich dieser Parallele, dass Maria ihrem Manne Joseph im Gehorsam unterthänig seyn sollte, ehe sie den neuen Menschen Christum gebar, was durch ihre Demuth ausgedrückt wird.

V. 25. fons, auch ζωηφόρος πηγῆ, *Pent.* 19, weil Christus, den sie trug, das Leben ist, und ζωοδόχος πηγῆ. *Ibid.* 20.

V. 30. mediatrix. No. 335, 20. μεσιτεία πρὸς τον ποιητήν. *Horar.* p. 102.

### 374. De s. Maria et filio.

Alpha et Ω suum		Mox natum colunt, omina	
misit archangelum		norunt Joseph, Maria,	10
clam ad sponsam templum,		pastores, animalia	
ut gignat clandestine.		omnesque cives cœli.	
Mater electa dat verbum,	5	Tres magi ferunt munera,	
quæ nata facta per verbum,		cum lux, pax lucent in terra,	
de deo nascitur verbum		ruunt, luunt dæmonia,	15
Maria ex virgine.		lætantur archangeli.	

Hs. zu München, Cgm. 716. f. 2. mit der Melodie, 15 Jahrh.

1 omnium suum Hs. 4 clam destine Hs., d. h. weil dem Teufel und der Welt die Menschwerdung Christi unbekannt war. 8 a virg. Hs. 9. 10. omina bis Maria ist ein Zwischensatz. et Mar. Hs.

V. 3. templum zeigt als Beisatz zu sponsa die Reinheit Mariä an. No. 386, 5. Vgl. 2 Corinth. 6, 16. Dei gloria, illuminans suo fulgore mundum, templum sibi de virginali utero fabricata est. *Hieron.* in ep. ad Ephes. 1, 14. πρωτεινόν σε ἅγιον ναὸν τοῦ δεσπότου τῶν ὄλων, κόρη, ἐπίσταμαι. *Pent.* 20.

V. 5—7. verbum. Solche Zusammenstellung verschiedener Bedeutung desselben Wortes haben auch die Griechen, z. B. θεοτόκος τεκοῦσα διὰ λόγον ὑπὲρ λόγον. *Triod.* P, 3.

V. 13. Ad confusionem Judæorum, ut nativitatem Christi a gentibus discerent, oritur in oriente stella, quam futuram Balaam, cujus successores erant, vaticinio (Num. 24, 17) noverant. *Hieron.* in Matth. 1, 2.

### 375. Alia de s. Maria (troparium).

1. Salve porta	virgo materque dei	5
perpetuæ lucis fulgida,	Maria.	
2. Maris stella,	Præelecta	
incllyta domina,	ipsius gratia	

- ante sæcularia  
tempora. 10
3. Cui missus Gabriel archan-  
gelus  
mira detulit a deo famina,  
mundo nunquam audita:  
„Aveto Maria, quæ totius  
plena muneris effulges gratia, 15  
est nam tecum dominans;
4. Ne paveas,  
divina quia prole  
lætaberis  
te fore gravidam; 20  
Quapropter es  
tu sola inter cunctas  
mulieres  
virgo benedicta.
5. Magnus hic erit 25  
Jesus filius  
summi et throni  
Davidis gloria,  
et regni meta ipsius  
non erit aliqua.“ 30  
Mox ad hæc dicta  
parans credula  
corda concipis  
dominum sabaoth;  
sic verbum caro factum est 35  
ex te, virgo sacra.
6. Te ergo petimus,  
ipsum pro nobis rogita,  
Salvet ut peccatores  
nos per omnia sæcula. 40

Münchener Hss. Clm. 14845. 12 Jahrh. f. 72 (A). Clm. 14083. f. 24. 11 Jahrh. (B) mit den Neumen. Diese Hs. bestimmt das Lied für Mariä Himmelfahrt, wozu es aber dem Inhalt nach nicht gehört.

7 præexcelsa B. 14 diesem Vers fehlt 1 Sylbe in AB. 15 refulges B. 20 grava B. 39 pecc. steht in A am Ende und fehlt in B.

V. 4. inclyta, gewöhnlich gloriosa und gloriosissima. ὑπερδοξαμένη ὑπάρχεις, θεοτόκε. *Horar.* p. 93.

V. 7—9. Diesen Gedanken drückt *Augustin.* cont. Faust. 16, 28. recht gut so aus: deus sine temporali voluntate universa tempora facit.

V. 37. 38. petimus, roga. Dicunt philosophi, si novit deus, quid oremus (Matth. 6, 8), et, antequam petamus, scit, quibus indigeamus, frustra scienti loquimur. Quibus breviter respondendum est, nos non narratores esse, sed rogatores. aliud est enim narrare ignorantibus, aliud scientibus petere; in illo indicium est, hic obsequium: ibi fideliter indicamus, hic miserabiliter obsecramus. *Hieron.* in Matth. 1. 1. Vgl. Luc. 11, 9. 10.

### 376. Alia sequentia.

Virginis in gremio  
nato dei filio  
personalis unio  
facta est, non versio.

Jubilet in gaudio 5  
orbis tota concio,  
grata beneficio!  
Jamque vellus maduit,

Aron virga floruit,  
terra fructum protulit,  
prophetia siluit,  
patrum vox conticuit,  
nam promissus claruit,  
quem Maria genuit.

Ab æterno gignitur,  
solis splendor oritur,  
sinu matris conditur:  
qui mundo non clauditur,  
pietate trahitur,  
utero concluditur,  
unicornis capitur.

10 Parva fit immensitas,  
alta fit humilitas,  
mortalis æternitas,  
visibilis deitas, 25  
incola proprietas,  
odium fit caritas,  
informis formositas.

15 Lactat virgo puerum,  
volvit in panniculum, 30  
ponit in præsepium  
regis cœli filium.  
20 alleluja.

Aus geschriebenen Zusätzen des 15 Jahrh. zu einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim.

25 divinitas, Hs. gegen das Versmass. Der letzten Strophe scheinen drei Verse zu fehlen, denn da jede Strophe nur einen Reim hat, so kann hier der Refrain der ersten Strophe nicht wiederholt werden.

V. 4. versio, der Gegensatz von unio. Der Sinn ist: weder die Gottheit noch die Menschheit wurde bei der Menschwerdung Christi verändert oder durch eine Mischung gegenseitig aufgehoben, sondern nur vereinigt. S. No. 11, 43 flg. θεὸς ὢν πρὸ αἰώνων ἐκ παρθένου γέγονας βροτὸς ἀφυστῶς, αὐτὸς κατ' ἄμφω τέλειος. Mart. 30.

V. 8 flg. Solche Lieder auf Christi Geburt in kurzen Gegensätzen haben auch die Menäen zum 21 Dec., z. B. αἱ προφητικαὶ διανίσχουσι νεφέλαι, ἡ χάρις αἰθριάζει, ἡ ἀλήθεια ἐλαμψε, παύεται αἰνίγματα σκιώδη. u. s. w. S. Bd. 1, 17. und No. 357, 7.

V. 9. ῥάβδον σε, παρθένε, Ἰακωβὸν ἀνίκμως ἐκβλαστήσασαν προεξεκόνισεν ἀνθήσασαν. Nov. 22.

V. 11—14. In veteri testamento est occultatio novi, in novo testamento est manifestatio veteris. Augustin. de catech. rud. 8. Vetus testamentum recte intelligentibus prophetia est novi testamenti. Augustin. cont. Faust. 15, 2.

V. 17 flg. ἡ τὸν ἀχώρητον λόγον χωρήσασα. Nov. 21. χωρίον τοῦ ἀχωρήτου. Dec. 21. S. No. 39, 1.

V. 21. unicornis. Vgl. No. 13, 9. 10. Die Stelle Num. 23, 22 wurde schon von Hieron. in Matth. 1, 2 auf Christus bezogen. μονόκερῶς ἐστὶ ζῶον αὐτόνομον, εἰ βουλήσεται σοι δουλεῦσαι, εἰδίσεις αὐτὸν ἐπὶ φάτιης, εἰ ὑπὸ ξυγὸν ἀχθήσεται, ὅταν πάντων ἐξείργηται τῶν ἐπὶ γῆς, κατεσκευάσται αὐτῷ πτέρυγες ὥσπερ ἀετοῦ, ἐπιστέψει εἰς τὸν οἶκον προεστηκότος αὐτοῦ, πρὸς θεὸν ἀναπήσεται. Gregor. Naz. orat. 28 p. 482.

V. 26. incola. S. No. 363, 47. Daher sagt auch Hieron. epist. 52, 5. colonum paradisi de possessione mulier ejecit.

V. 29. ὡς βρέφος θηλάζει τὸν κτίστην καὶ κύριον. Jul. f. 3.



## 377. De s. Maria. conductus.

Virgo parit filium,  
deum et non alium,  
sicut rosa lilium.

Per gratiam  
traditus  
est reditus  
ad patriam.

Virgo vena veniæ,  
mater regis gloriæ,  
visita nos hodie!

Per gratiam etc.

Virgo viri nescia,  
tu de stirpe regia  
tuos duc ad atria. P. g.

Lux illustrans sæculum,  
trinitatis speculum,  
tuum salva populum. P. g.

Ave candens lilium,  
subsidium debilium,  
nobis placat filium. P. g.

Angelorum gloria,  
hominum victoria,  
nos duc de miseria. P. g.

Ave carens simili,  
salus cordis queruli,  
esto salus populi. 25 P. g.

5 Ave stirps Davitica,  
piscina probatica,  
pectora purifica. P. g.

Ortus solis sidere  
oritur in vespere, 30  
10 nesciens occidere. P. g.

Per te salus nascitur,  
per te pauper pascitur  
et pax per te oritur. P. g.

Ave salus hominum, 35  
15 peperisti dominum,  
aufer mores criminum. P. g.

Laus deo ingenito,  
laus sit unigenito  
lausque sit paraclito. 40 P. g.

20 (Ergo, lector optime,  
hoc de rege gloriæ  
evangelium incipe.) P. g.

Hs. zu Gratz 42/51. 13 Jahrh. mit Neumen.

*Conductus* wird in der Hs. das Lied vor dem Evangelium genannt, es ist also eine Sequenz, wie auch die Verse 41—43 anzeigen, welche man beifügte, um dem Lector ein Zeichen zu geben, denn mit der Doxologie 38—40 ist das Lied geschlossen. In der Hs. ist es *in assumptione* überschrieben, was nach V. 1—3. 29—36 ein Irrthum scheint. Dieses Lied stimmt in einigen Stellen mit No. 42 überein.

V. 4. *Gratia non meritis reddita, sed gratis data, unde et gratia nominatur, dedit enim eam (deus), non quia digni eramus, sed quia voluit.* *Augustin. de trinit.* 4, 2.

V. 8 kommt in den Marienliedern oft vor.

V. 21. victoria. Der Beistand Mariä wird deswegen *θεία συμμαχία* genannt. Jan. 21. Daher heisst sie *robur pugnantium* in No. 335, 15.

V. 27. piscina, die Griechen vergleichen sie auch mit dem rothen Meere also: *ἡ θάλασσα (ἐρυθρὰ) μετὰ τὴν πάροδον τοῦ Ἰσραὴλ ἔμεινεν ἄβατος, ἡ ἄμεμπτος μετὰ τὴν κύησιν τοῦ Ἑμμανουὴλ ἔμεινεν ἄφθορος. Pent. 17.*

V. 29. 30. *Sidus* ist Maria (No. 373, 10), *sol* Christus, der Gegensatz *oritur vespere* bezeichnet das Ende des alten Testaments. No. 26, 25. Für *sidus* steht gewöhnlich *stella*, daher *sol de stella*. No. 379, 22. No. 380, 16.

V. 31. Die Sonne, die nicht untergeht. No. 9, 13. No. 25, 97. Josue 10, 12, gibt das geschichtliche Vorbild. S. No. 404, 17.

V. 33. *pauper pascitur. Ditiior Christi paupertas cunctis opibus. S. Bernard.* in vig. nat. serm. 4, 6. Daher heisst es von Christus: *ἀγιάζεται ἐκουσίῳ πτωχείᾳ.* Jan. 1.

### 378. De beata virgine. sequentia.

Orbis totus gratuletur,  
christianus praelætetur,  
signum sacrum ammiretur,  
quo creator collaudetur.

Hæc est Hester imperatrix,  
Sara risûs generatrix,  
Thecutes advocatrix, 15  
Judith hostis triumphatrix.

Archa Noë fabricatur,  
per quam mundus liberatur,  
thronus regi præparatur,  
ubi . . . . impetratur.

5 Paradisus voluptatis  
est Maria, præstans gratis  
signum immortalitatis  
ad fontem jocunditatis. 20

Virga Jesse gignit florem,  
apis mellis dat dulcorem, 10  
cælum stillat nobis rorem,  
stella Jacob fert splendorem.

Paradisum hunc quæramus,  
cibum vitæ glutiamus,  
aquas dulces hauriamus,  
ut feliciter vivamus.

Hs. zu Donaueschingen, 14 Jahrh. mit der Melodie.

8 fehlt 1 Wort.

V. 5. In den Troparien heisst Maria *κιβωτὸς τῆς νέας διαθήκης. Magna bibl. patr. 12, 356.* auch *κιβωτὸς παναγία. Goar p. 427.*

V. 17. 21. *paradisus. φωτανγῆς παράδεισος. Sept. 7. τὸν πρὶν παράδεισου, ὃν ἀπώλεσαμεν, ἀπελάβομεν. Jan. 23.*

### 379. Item sequentia de s. Maria.

Gratuletur orbis totus,  
sacri fontis unda lotus,

psallat sonus et ægrotus  
lucis orto sidere.

Jocundetur beatorum cœtus omnis angelorum, in domino dominorum bonum est confidere.	5	sicque summus ex puella rex habet originem.	
Qui cum tantus sit et talis, cui nullus coæqualis, ros descendit spiritalis virginis in gremium.	10	Benedicta gloriosa, floris decor, vernans rosa, super omnes speciosa casta parit filium.	25
Carne sumpta nobis natus et a patre nobis datus, dans ingratis non ingratus immortale præmium.	15	O miranda genitura, in qua virgo paritura, virgo semper permansura castitatis lilium.	30
Felix Jesse gignens prolem, virga florem, virgo solem, flos designat salvatorem, virga florens virginem.	20	Mater dei, mater pia, stella maris, vitæ via, tu cœlestis harmonia matris privilegio.	35
Res insignis et novella, flos de spinis, sol de stella,		Redde mater pietatis nos purgatos a peccatis de profundo tempestatis sanctorum collegio.	

Aus derselben Hs. (D). Auch in der Reichenauer Pap.-Hs. No. 36. Bl. 110 zu Karlsruhe (R). Auch in der Reichenauer Perg.-Hs. No. 151. Bl. 153, mit der Melodie (A). In dieser Hs. ist ein Theil der Strophen abgeschabt. Dieses Lied beginnt wie das vorige, derselbe Anfang wurde auch für andere Lieder gebraucht, z. B. auf die h. Margareta bei *Daniel* 2, 214.

14 dans fehlt in R. 18 profert f. flor. D, virga florem D. 21 rex ADR. 22 spina D. 23 fitque R. 24 habens R. 25—28 diese Strophe kommt nach der folgenden in RA. 27 virgo super spec. R. 28 parens R, dieser Vers steht in A bei der folgenden Strophe, und 32 hier. 33 virgo R.

V. 1. 2. d. h. die ganze Christenheit, *χριστιάνημος λαός*. *Triodion* N, 1.

V. 9. *νήπιος ἀναδέδεικται πάντων τῶν αἰώνων ὁ κύριος*. Oct. 9.

V. 11. *τὸν ὄμβρον βαστάζουσα τὸν ἐπουράνιον*. Men. Dec. 23.

V. 23. puella, bei den Griechen heisst sie auch Gotteskind, *θεόπαις*. No. 344, 13. No. 371, 16. Auch *φυτὸν θεόδοτον*. Sept. 9.

V. 26. vernans rosa, kommt für Maria manchmal vor, ist aber kein natürlicher Ausdruck, denn die Rose blüht im Sommer. Bei den Griechen richtiger *τὸ ἔαρ τῆς χάριτος*. Dec. 23.

V. 30 flg. *ἡ πρὸ τόκου παρθένος καὶ μετὰ τόκον παρθένος μείνασα*. Men. Nov. 21.

V. 32. ebenso im Griechischen: *ἐφάνης καθαρότητι ὡσεὶ κρῖνον*. Jul. 13.

V. 39. *ἄβυσσος ἐσχάτη ἀμαρτημάτων ἐκύκλωσέ με*. *Triodion* O, 2. *τὴν ψυχὴν μου ἐν ζάλῃ τοῦ βίου τῶν πειρασμῶν ποντουμένην, ἀμαρτιῶν τε φόβῳ φανείσαν ὑπέραντιον καὶ εἰς πυθμένα Ἰλιδου πεσεῖν κινδυνεύουσαν φθάσον καὶ σῶσον*. Nov. 13.

## 380. De b. v. Maria.

Salve sancta Christi parens, salve virgo labe carens, salve decus virginum!		Uno sinu foves agnum et leonem parvum magnum, genitorem filium,	20
Salve virgo singularis, salvatorem salva paris et ancilla dominum.	5	Moriturum æternumque, idem enim est utrumque finis et principium.	
Concepisti virgo deum, paris, lactas, nutris eum, pio præbens studio.		Virgo munda nos emunda, ne nos trahat mors secunda, tuæ dono gratiæ.	25
Cibum pani, potum fonti, victum vitæ, cunas monti bovis in præsepio.	10	Nos informent mores mundi, nec deforment carnis, mundi et hostis insidiæ.	30
Tu naturæ contra ritum ex angusto infinitum ventre profers parvula.	15	Hortus clausus, fons signatus, terra, de qua fructus datus cibus est fidelium,	
Homo deum, stella solem, nata patrem, virgo prolem, antiquum juvencula.		Virga Jesse promens florem, cujus currit in odorem sanctorum collegium.	35

Hs. zu München, Cgm. 101. f. 184. 14 Jahrh. mit der Melodie.

29 carnes, Hs. 34 promes, Hs.

V. 2. 5. 7. 17. betreffen die Jungfräulichkeit Marias, die hier hervorgehoben ist. Aus der jungfräulichen Geburt Christi zieht der h. *Bernhart* (in vig. nat. serm. 4, 4) folgenden Schluss: jam securus exspecto promissam mihi gloriam incorruptionis in carne mea, quandoquidem conservata per eum est incorruptio etiam in matre sua. facile erit ei, per quem mater ipsa incorruptionem non perdidit pariendo, ut et corruptibile hoc incorruptionem induat resurgendo.

V. 6. Maria ancilla domini, quia verbum ante sæcula unigenitus æqualis est patri; mater vero, quia in ejus visceribus ex sancto spiritu de ejusque carne factus est homo. nec alterius ancilla, alterius mater; quia dum unigenitus dei existens ante sæcula ex ejus utero natus est homo, investigabili miraculo facta est et ancilla hominis per divinitatem, et mater verbi per carnem: sed mox ut verbum venit in uterum, mox verbum servata propriæ virtute naturæ factum est caro. *Gregor. M. epist. 11, 67.*

V. 10. 11. panis, fons, vita, mons sind Beinamen Christi. S. No. 383, 33. No. 350, 20.

V. 13. contra ritum naturæ ist richtiger als contra naturam, wie folgende Hauptstelle beweist. Contra naturam non incongrue dicimus aliquid deum facere, quod facit contra id, quod novimus in natura. Hanc enim etiam appellamus naturam cognitum nobis cursum solitumque naturæ, contra quem deus cum aliquid facit, magnalia vel mirabilia nominantur. Contra illam vero summam naturæ legem, a notitia remotam sive impiorum sive adhuc infirmorum, tam deus nullo modo facit, quam contra se ipsum non facit. *Augustin. cont. Faust. 26, 3.*

V. 19—21. ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ἀπεριωρότος υἱὸς καθήμενος, ἐν κόλποις σου τῆς ἀγνῆς ὡς βρέφος καθέξεται. *Mai. 28.*

V. 26. Sicut mors exterior ab anima dividit carnem, ita mors interior a deo separat animam. *Gregor. M. mor. 9, 97. S. No. 386, 4.* Mors spiritus est, a deo deseri, mors autem corporis, a spiritu deseri. *Augustin. de trinit. 4, 16.* Dieses ist der erste, jenes der zweite Tod.

V. 32. ἡ ἄσπορος γῆ, ἡ τὸν λόγον ἐκ μήτρας δίχα σπέρματος ἀνδρὸς σεσαρκωμένον τεκοῦσα. *Febr. 1.*

### 381. De b. Maria v.

Verbum bonum et suave personemus illud „ave“, per quod Christi fit conclave virgo, mater, filia.		Ave, prolem genuisti, ave, solem protulisti, mundo lapso contulisti vitam et imperium.	15
Per quod „ave“ salutata mox concepit fecundata virgo, David stirpe nata, inter spinas lilia.	5	Ave mater verbi summi, maris portus, signum dumi, aromatum virga fumi, angelorum domina.	20
Ave veri Salomonis mater, vellus Gedeonis, cujus magi tribus donis laudant puerperium.	10	Supplicamus, nos emenda, emendatos nos commenda tuo nato ad habenda sempiterna gaudia.	

Ein Lied von weiter Verbreitung, wie die grosse Zahl der Hss. beweist. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 2. mit der Melodie, 13 Jahrh. (A). Zwei Hss. zu Bern aus dem 14 Jahrh. mit der Melodie, No. 47 und 620 (B). Reichenauer Hs. zu Karlsruhe, No. 209. mit der Melodie, 14 Jahrh. (R). Reichenauer Pap.-Hs. No. 36. f. 94 des 14 Jahrh. (K). Die 4 letzten Strophen in geschriebenen Zusätzen zu einem alten Messbuch in Neuhausen bei Pforzheim (N). Hs. zu Gratz 41/13 des 14 Jahrh. (G). Hs. zu Venedig Class. 3 cod. 32 des 15 Jahrh. (V). Hs. zu München Clm. 10075. 14 Jahrh. mit der Melodie (M). Hs. zu S. Peter in Salzburg V, 16. des 14 Jahrh. als *sequentia* (P). Hs. zu München Cgm. 101, mit Noten, 14 Jahrh. (E). Hs. im Seminar zu Trient, 14 Jahrh. mit Noten (H). Auch in einer Hs. des 13 Jahrh. zu Rheinau, die ich nicht verglichen. Im Textus sequentiarum f. 106 (T), bei *Clichtoveus* f. 216 (C) und bei *Daniel* 2, 93

(D), vgl. denselben 1, 282. Eine aus lateinischen und deutschen Wörtern gemischte Bearbeitung steht in *Wakkernagels* deutschem Kirchenlied S. 660.

2 personetur M, nicht gut, nach 21. 22. 8 lilium ART. *Daniel* hält lilia irrig für einen neu gemachten Singular, denn dieser ist nicht nöthig, wol aber der Reim. 10 D Gideonis, nicht gut, denn die Kirchensprache muss vorgezogen werden. 11 magis B. 12 laudent T. 13 solem BDEVG, obige Lesart haben NPT. 14 prolem EGVMMH, dafür hat A natum. 17 sponsa ACDKNT. 18 pectus f. port. B. lignum f. sign. R., dumit T. 21 supplicantes B. 22 emundatos A.

V. 1. 2. εἰς σέ ἐλπίζοντες τὸ „χαῖρε“ βοῶμέν σοι. *Horar.* p. 93.

V. 4. Diese drei Eigenschaften sagen mehr als *μητροπάροθος*.

V. 14. Weil Maria *aurora* genannt wird (No. 325, 1.) und sie die Sonne der Gerechtigkeit geboren hat (No. 326, 99. 100). Ebenso im Griechischen: χαῖρε, ἥ τὸ φῶς ἀνατείλασα ἡμῖν. *Jul. f.* 12. *Vgl.* No. 379, 18. No. 369, 2.

V. 16. Diese Zusammenstellung erklären die Menäen also: θανάτω κραιτούμενος τὸ πρῶν, Ἰδὰμ νῦν ἠλευθέρωται τῇ σὶ γεννήσει. *Oct.* 7. Denn Christus hat den Tod und den Teufel, den Fürsten dieser Welt, überwunden.

V. 18. portus. τῶν καταπονουμένων ὁ λιμὴν ὁ ἀχείμαστος. *Horar.* p. 85. ἁμαρτιῶν πελάγει με καὶ παθῶν ἐν τῇ ζάλῃ ποντούμενον πρὸς λιμένα Ἰθνηνον. *Oct.* 12. θαλάσσα (ἔστι) τῶν ἀνθρώπων κυματούμενος βίος καὶ ἐν τοῖς ἄλμυροῖς πράγμασι τοῦ βίου νηχόμενος. *Origenes* in *Matth.* 10, 12. S. No. 326, 222. dumus, gewöhnlich rubus. ἀφλεκτον Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾶ βᾶτον ἐθεάσατο, σὲ ζωγραφουσαν, παρθένε, αἴγλη μὴ φλεχθεῖσαν θείου πυρός. *Jan.* 30.

### 382. De b. Maria v.

Ave jubar claritatis,  
virgo parens puritatis,  
primatum tenens unica.

namque caste concepisti  
angelico jubileo,

Splendens sidus et sincerum,  
te elegit sator rerum,  
o dignitas ierarchica!

5

De cantico virgineo  
ac sanctorum collegio  
te levat super æthera.

15

Fecundaris dia prole,  
sed pudoris absque mole  
efficeris puerpera.

Hunc pro nobis interpella,  
ut odire mundi mella  
sua præstet clementia,

Atque sibi sic servire,  
demum indeque transire

20

Gaude quoque mater Christi, 10

mereamur ad præmia.

Hs. zu München, Cgm. 716. f. 124. des 15 Jahrh. mit der Melodie. Das Lied hat im dritten Vers jeder Strophe nur einen Reim.

6 für hierarchica, viersylbig des Verses wegen. 12—14 sind verdorben, aber ohne Hülfe von Hss. nicht zu verbessern. 17 odire für odisse. 18 dulcis sua Hs.

V. 16. interPELLa, weil die Fürbitte Mariä wirksam ist. *προσβείαν ἀκοί-  
μητον καὶ παράκλησιν ἔμμονον κεκτημένη πρὸς τὸν κύριον.* Jan. 16. Ihre Fürbitte  
wird auch *προσβεία ἔτοιμος* (nicht *ἔτοιμος*) genannt. Jan. 23.

## 383. De s. Maria.

Jesse virgam humidavit et in fructum fecundavit ros misericordiæ, fructus mundo medicinam dedit et mundi ruinam relevavit dominus.		ipse captus inescatur, pax est data posteris.	
Virgo parit, nec est læsa virginis integritas, sed in domo castitatis perseverat castitas, nec mutatur, dum assumit hominem, divinitas, sed assumpta gloriatur in deum humanitas.	5	Variatur lex naturæ, stupet ordo genituræ, mutatur proprietas, mamma lactat virginalis creatorem, spiritalis esurit satietas.	25
Sic hamum divinitatis occultat mortalitas, sic voracis Leviathan luditur voracitas, qui dum capit glutendum nostri vermem generis,	10	Hoc opus consideravit Abbacuc et hoc expavit inter animalia, quod fit continens contentum, quod nutritur nutrimentum, quod fit mater filia.	30
	15	Vagit infans, sed vagitus nunquam talis est auditus, dum plorat lætitia, noster fletus hilaratur, cœlum gaudet et cantatur in excelsis gloria.	35 40

Hs. zu Stuttgart, Bibl. 20. fol. 3. mit der Melodie, 13 Jahrh.

V. 11. 12. S. No. 376, 4.

V. 15—22. S. No. 36, 11. Der Gegensatz des Leviathans ist Christus nicht als Wurm an der Angel, sondern als grosser Fisch, welche Deutung wahrscheinlich aus dem symbolischen Namen *ἰχθύς* (das sind die Anfangsbuchstaben der Namen *Ἰησοῦς Χριστός Θεοῦ υἱὸς σωτήρ*) entstanden ist. *August. div. quæst.* 61, 4. ipse *magnus piscis*, id est Christus. *Idem* in evang. Joh. 5, 17. § 11. sagt von Christus: *ascendit de mari piscis ille magnus et in cœlis sedet interpellans pro nobis.*

V. 26—28. Vgl. No. 380, 10. 11.

## 384. De eadem.

Res est admirabilis, virgo venerabilis parit, sed intacta:		Patrem non deseruit, sed mortalem induit formam alvo matris.	
Operante spiritu sine viri coitu genitrix est facta.	5	Sicut terram pluvia sic divina gratia virginem fecundat:	20
Cardine de supero rore salutifero venter fecundatur:		Sanctus eam spiritus a peccato penitus abluit et mundat.	
Peperit fecunditas et sacra virginitas integra servatur.	10	Non est opus hominis, sed est opus numinis et magnæ virtutis:	25
Sicut ros in gramine descendit in virgine verbum summi patris:	15	Quæ virum non noverat, peperit et generat auctorem salutis.	30

Hs. zu Pommersfelden bei Bamberg des 14 Jahrh., von einem Franzosen geschrieben.

V. 5. Homini ex coitu nato dissimilis Christus, in quantum ex virgine natus est; sed homini nato similis Christus, in quantum et ipse ex femina natus est. *Augustin. cont. Faust. 16, 15.*

V. 17. Weil Christus die Menschheit angenommen hat, so wird sie sein Kleid genannt. No. 354, 5. No. 326, 127.

V. 19. pluvia und ros V. 13 werden zur Vergleichung bei Maria oft synonym gebraucht. No. 379, 11. ὁ δεσπότης ἄνωθεν ἐμφανῶς ἕσταξεν, ὑετὸς καθάπερ, ἐν τῇ μήτρᾳ σου, θεόνυμφε, πηγὴν δεικνύων σε σύμπαν ἀγαθὸν ἀναβλύζουσαν. *Pent. 19.*

## 385. De b. virgine.

Imperatrix gloriosa, potens et imperiosa, Jesu Christi generosa mater atque filia,		Radix Jesse speciosa, virga florens et frondosa, quam rigavit copiosa deitatis pluvia:	5
---	--	---	---



<p><b>Auster levis te perflavit et perflando fecundavit, aquilonem qui fugavit sua cum potentia;</b></p>	<p>10</p>	<p><b>Cœli quondam roraverunt nubes, ex quo concreverunt concretæque stillaverunt virginis in situlam.</b></p>	<p>25</p>
<p><b>Florem ergo genuisti, ex quo fructum protulisti, Gabrieli dum fuisti paranympho credula.</b></p>	<p>15</p>	<p><b>Res miranda, res novella, nam procedit solde stella, regem dum parit puella, viri thori nescia.</b></p>	<p>30</p>
<p><b>Joseph justus vir expavit, istam dum consideravit, sciens quod non temeravit florescentem virgulam:</b></p>	<p>20</p>	<p><b>Ergo clemens et benigna, cunctorumque laude digna, tuo nato nos consigna pia per suffragia,</b></p>	<p>35</p>
<p><b>Bene tamen conservavit arcanum, nec divulgavit sponsam, sed magnificavit honorans ut dominam.</b></p>	<p>20</p>	<p><b>Ut carnali, quo gravamur compede, sic absolvamur, ut soluti transferamur ad cœli palatia.</b></p>	<p>40</p>

Hs. zu München, Cgm. 716. f. 60. mit den Noten, 15 Jahrh. (A). Daniel 2, 235. gibt das Lied nach dem Passauer Messbuch (D). Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 4. mit der Melodie, 13 Jahrh. (B).

4 martyr D. 7 produxit B. 8 gratia BD. 14 fructum ex quo B. 18 ista D. 19 irrigavit D. 27 concreteque AD. 28 uterum Mariæ B, in utero D. die Hs. A glossirt situlam richtig durch uterum. 30 processit B. 31 dum par. A. 32 Maria fügt B bei. 37 qua A, mortali D.

V. 1. imperatrix, als Mutter Christi, den schon *Augustin.* serm. 329. imperator cœlorum nennt. Ihr Beinamen *regina* geht zunächst auf ihre Abstammung. S. No. 391, 1. No. 79, 2. No. 340, 2. No. 392, 1.

V. 6. Cum floruit virga sacerdotis Aaron, collocuta est quodam modo cum dubitante humanitate divinitas. *Augustin.* de trinit. 3, 11. Num. 17, 8.

V. 11. 12. Aquilonis nomine in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui ut torporis frigore gentium corda constringeret, dixit: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis (Isai. 14, 13). *Gregor. M. moral.* 17, 34.

V. 21. 22. Joseph sciens Mariæ castitatem et admirans, quod evererat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat. *Hieron.* in Matth. 1, 1.

V. 29. 30. ähnlich in No. 379, 21, 22.

### 386. Ad b. Mariam v.

Rosa fragrans, lux solaris, virginale speculum,  
tu præsignans singularis castitatis titulum

et propinans salutaris medicinæ poculum,  
 mater pia, matris reæ redimens interitum,  
 templum pacis es effecta ob virtutum meritum. 5  
 jus naturæ superari stupet per te virginem,  
 quia deum genuisti pariter et hominem.  
 templum pacis etc.

Hs. zu Lichtenthal des 14 Jahrh. mit der Melodie. Das Lied ist seiner Form nach älter und hat in dieser Abschrift seine Stropheneintheilung verloren.

1 flagrans, Hs. gewöhnliche Form.

V. 2. speculum, häufig bei den Lateinern, selten bei den Griechen. κατοπτριζομένη τοῦ σοῦ νυμφίου τὴν ὄμοιότητα. Sept. 28.

V. 3. propinans. S. No. 9, 23.

V. 4. mater rea ist Eva. interitum, weil durch den Sündenfall der Tod des Leibes und der Seele verschuldet war. Mors animæ impietas est et mors corporis corruptibilitas. — sicut anima deo deserente, sic corpus animâ deserente moritur. Augustin. de trinit. 4, 5. Nos et anima et corpore mortui sumus, animâ propter peccatum, corpore propter pœnam peccati, ac per hoc et corpore propter peccatum. Ibid. S. No. 137, 22.

V. 5. templum pacis, weil Christus der Friedensfürst ist, indem er als Mittler den Frieden zwischen Gott und den Menschen wieder hergestellt hat; daher heisst er εἰρηνάρχης. Oct. 9. Maria wird vorzugsweise ein Tempel Gottes genannt wegen ihrer Reinheit. λέγεται ὁ οὐρανὸς Θεοῦ οἶκος, διὰ τὸ καθαρὸν εἶναι χωρίον πονηρίας. Chrysost. in ps. 113, 6. Vgl. No. 335. Templum dei non potest esse pollutum. Hieron. in Matth. 1, 5. S. No. 338, 12. meritum. S. No. 16, 12. Man gebrauchte das Wort *meritum*, verstand es aber nicht unrichtig, denn Bernard. in amunt. serm. 1, 2 sagt: non talia sunt hominum merita, ut propterea vita æterna debeatur ex jure, aut deus injuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. nam, ut taceam, quod merita omnia dona dei sunt, et ita homo magis propter ipsa deo debitor est quam deus homini: quid sunt merita omnia ad tantam gloriam?

V. 6. superari, besser als in andern Liedern contra naturam. Auch bei den Griechen: συνέλαβες ὑπὲρ λόγον καὶ νόμον τῆς φύσεως. Oct. 4. S. No. 343, 11. ὁ ἐν ὑψίστοις κατοικῶν ὑπερφυῶς σαρκὰ ἐκ παρθένου προσέλαβε. Febr. 16.

V. 7. Χριστὸν Θεανδρικῶς ἐκύησας. Oct. 11.

### 387. De nativitate Christi.

Verbum caro factum est  
 ex virgine Maria.  
 In hoc anni circulo  
 vita datur sæculo  
 nobis nato parvulo  
 de virgine Maria.

Quos vetustas suffocat,  
 hos ad vitam revocat,  
 cum se deus collocat  
 in virgine Maria.

10

5

Stella solem protulit,

sol salutem contulit,  
nichil tamen abstulit. a virg. M.

Fons in suo rivulo  
nascitur pro populo,  
fracto mortis vinculo, a virg. 15

Ex divino munere,  
non humano opere,  
oritur in tempore de virg.

Summi regis filius,  
patris unigenitus  
nobis datus cœlitus a virg. 20

Ex puella regia,  
David regis filia,  
nova surgit plantula de virg. 25

Sine viri copula  
florem dedit virgula,  
qui manet in sæcula cum. v.

De hac sacratissima,  
omnium dignissima,  
proles datur optima a virg. 30

O beata femina,  
cujus ventris sarcina  
mundi lavit crimina pro v.

In præsepe ponitur  
et a brutis noscitur,  
verbum velo tegitur a virg. 35

Joseph nato fruitur,  
natus lacte pascitur,  
plangit, plorat, geritur a virg. 40

Ab angelis psallitur,  
gloria, pax dicitur,  
a pastoribus quæritur cum v.

Reges tres de gentibus  
Jesum cum muneribus 45  
adorant flexis genibus cum v.

Aurum regi regnatura  
thusque sacerdoti puro  
myrrha datur morituro cum v.

O pastores currite, 50  
gregem vestrum sinite,  
deum verum cernite cum v.

Puer circumciditur,  
Jesus nomen ponitur,  
Jesus Christus dicitur a virg. 55

O prompta humilitas,  
illibata castitas,  
quam abstraxit caritas de virg.

Ex hac virga regia,  
summi regis filia 60  
plena datur gratia ex virg.

In Bethlehem qui natus est,  
Jerusalem delatus est,  
in templo præsentatus est a virg.

A parentibus regitur 65  
et in templo sistitur,  
senis brachiis ponitur a virg.

In humano corpore,  
vestitus de purpure,  
descendit cum robore de virg. 70

Descendit in nebula,  
apparebit in gloria,  
peccatorum venia de virg.

In excelsis collocat,  
supra astra jubilat, 75  
suam matrem laureat cum v.

A quo mundus tegitur,  
uno saxo clauditur,  
in se ipso tegitur de virg.

De semine Abrahæ,  
ex regali genere  
oritur de sidere de virg.

In solis ardoribus

gratia fidelibus  
niveis candoribus de virg. 85

O Jesu dulcissime,  
vita, cibus animæ,  
nos a culpis redime cum v.

Illi laus et gloria,  
decus et victoria, 90  
qui regit cœlestia cum v.

Dieses Lied steht nach einer viel kürzeren Abfassung im Bd. 1, 65. 66. Obige ausführliche Behandlung kommt in italiänischen Hss. vor, aber mit bedeutenden Abweichungen, wie folgende Vergleichung zeigt. Hs. zu Venedig, Class. III cod. 32 des 15 Jahrh. (A). Hs. daselbst Class. IX cod. 145, mit der Melodie, 15 Jahrh. (B). Hs. daselbst Codd. Ital. class. IX cod. 80. des 15 Jahrh. (D) und in der Ausgabe des *Feo Belcari*. Venet. 1512 (C).

Lesarten von A. 9 nam se. 40 tegitur f. ger. 45 Jesus. 46 orant. 48 thus. 49 mirram dant. 64 temploque. 65 tegitur. 86 o fehlt. Die Verbesserungen sind aus B und C.

Lesarten von B. 14 fonde suo riv. 22 datur. 25 pantula. 26 sene. 40 plaudit f. plang. 47 regi fehlt. 49 mirram dant. 53—55 lauten so: Octava circumciditur sacrum nomen imponitur. Yhesus Christus dicitur a virg. 61 in plena. 69 vestium oder vestivit. Mit 70 hört B auf.

Lesarten von C. 8 hic. 9 nam si. 16 per virg. 32 sine viri copula, aus 26 wiederholt, dann folgt 32—35 lavit de virg. Hierauf 50. 51 quærite. 52 vestrum f. ver. Darauf 35. 36 colitur. 37 a pastoribus quæritur cum v. Folgt 44. 45 Jesu. 46 orant. 48 thusque. 49 mirra datur. Folgt 86. 88 nobis dona requiem. 91 qui manet in sæcula cum v.

Lesarten von D. 2 de. 8 nos f. hos. 12 attulit. 13 de v. Dann folgt 26—28. 32—34 lavit. Darauf 23 ex virgine. 24 summi regis filia. 25 nova — gratia cum v. Hierauf 80—82 Habræ. Dann 35. 37 vero. 40 plaudit — regitur. Dann 44 tres reges. 45 currant f. Jes. Folgt 53—55. 89—91. laus et gratia. Schlussstrophe: Bona dies omnibus viris cum mulieribus, senis cum juvenibus cum virg.

Eine weitere Verschiedenheit zeigt sich in einer italiänischen Bearbeitung des 15 Jahrh. in der Hs. zu Venedig, Codd. Ital. Class. IX cod. 80., die ich hier beifüge. Es wird zwar dem Giacomone da Todi (*Jacoponus de Tuderto*) ein Lied *Verbum caro factum est* zugeschrieben (Italiens Franciscaner-Dichter von *Ozanam*, deutsch von *Julius*. Münster 1853. S. 214), aber welche von den verschiedenen Bearbeitungen dieses Liedes ihm angehöre, ist meines Wissens nicht untersucht, daher man nicht sagen kann, ob die italiänische Behandlung ein eigenthümliches Lied oder irgend einem lateinischen Texte nachgebildet sey. Dieser hat jedoch einen Italiäner zum Verfasser, denn das Lied folgt der Form der italiänischen Loblieder (*lodi*), deren Eingangsstrophe kürzer ist als die folgenden.

*Verbum caro factum est  
de virgine Maria.*

In questo anno gratioso  
nel mondo pericoloso  
nasce el signor vigoroso  
*de virgine Maria.*

O beata sancta sposa,  
madre de Jesu gratiosa  
nasce la virtu nascosa *de virg.*

Dela vena nasce el mare,  
quel signor, che non appare,  
nove mesi el volse stare *in virg.*

Verbo primo eternale  
e conceputo temporale,  
dio diventa mortale *in virg.*

Deita abbreviata,  
per purgar *nostra peccata*  
cum licencia aggienata *de virg.*

Ozi e nato el re divino

per lo populo meschino, 20  
quel generoso bambino *de virg.*

Nova pianta, novo fructo,  
per trar di pianto e lucto,  
de carne e vestito ruto *de virg.*

Tuto el mondo e renovato, 25  
ch'era pieno de peccato,  
per che Jesu Christo e nato *de virg.*

Gratia del sumo factore  
ora repien per amore,  
poi che nato el redemtoe *de virg.* 30

Tu erai reconperatio,  
che eravan tuti danato,  
filgiolo e padre e factio *de virg.*

Per trarci de morte eterna,  
darci vita sempiterna, 35  
nato e, chi el mondo governa *de virg.*

Semper sia laudato,  
benedetto e reingratiato,  
*verbum caro factum est*  
*de virgine Maria.* 40

V. 16. Dieser Ausdruck scheint aus dem h. Bernhart entlehnt. S. No. 347, 23. Er kommt in keinem lateinischen Texte vor und ist blos räumlich zu verstehen, denn die Allmacht Gottes wirkt im Kleinsten wie im Grössten, sie war in dem Kinde Jesus dieselbe wie in dem erwachsenen Jesus, sie nahm nicht zu mit der Entwicklung seines Körpers, denn Gott wächst nicht, sondern trat mit der allmäligen Vollendung des Leibes auch mehr und mehr hervor. Dagegen leidet der Ausdruck V. 15. *dio diventa mortale* an Unbestimmtheit, es muss nothwendig *uomo mortale* heissen, wie auch das Versmass verlangt.

Prüft man diese 6 Texte, so ergibt sich: 1) dass die italiänische Bearbeitung nur im Eingang dem Lateinischen folgt, sonst aber damit nicht zusammenhängt. 2) Dass der Text Bd. 1, 65 der beste ist. 3) Dass die 4 Texte aus Italien interpolirt und erweitert sind. Nur mit Hülfe älterer Hss. lassen sich die Zusätze erweisen, aber der Zusammenhang zeigt schon, dass V. 50—52 nicht an ihrem Platze stehen und V. 77—79 nicht zu diesem Liede gehören, indem sie von der Grablegung Christi handeln. Ebenso muss es V. 72 *apparet* heissen, wie auch der Vers verlangt, denn *apparebit* geht auf das jüngste Gericht, womit V. 73 nicht übereinstimmt. Das Lied war, nach den vielen Aenderungen zu schliessen, weit verbreitet und beliebt.

Eine niederrheinische verkürzte Bearbeitung ist folgende:

### Anni novi canticum.

Mit diesen nuwen jare  
so wirt uns offenbare,

we dat eyn maghet fruchtbaire  
de werelt hait verblijt.

R. Gelovet moiss sijn  
 dat kyndelij, n,  
 geeirt moiss sijn  
 dat megdelijn  
 nu ind ewelich in alre zijt.

We wal was ir zo moide,  
 do sy in vleisch ind bloide  
 an sach yrs herten hoide,  
 den heren der werlde wijt.  
 R. Gelovet etc.

De engele songen schoene  
*gloria* in den throne  
 zo eren ind ouch zo love  
 des kyndes, sicher sijt. R.

5 Sie beirde yn al sunder pyne  
 ind bleiff eyn maget fyne,  
 des sunders medicine, 20  
 des hatten de Juden spijt. R.

10 Als echt dage waren verleden,  
 do wart Jhesus besneden  
 al na der judeschen seden,  
 macht uns van sunden quijt. 25 R.

15 Dre konynge unbekande  
 quamen doin offerhande  
 so verre uss vremen lande,  
 got sij gebenedijt! R.

Hs. zu München, Cgm. 73. 14 Jahrh. Bl. 24.

<sup>1</sup> dafür muss ein anderes Wort stehen im Sinn von rette, bewahre, etwa frume. <sup>2</sup> ebenfalls frume, im Sinne von mache. Nach dem Gebrauche dieses Wortes ist das Lied älter als die Hs., deren ungenaue Reime leicht zu verbessern sind.

Hier beghinnen VII blijscappen van onser liever sueter vrouwen, der maghet Maria.

Verblijt Maria, maechdelike bloeme,  
wiens vruecht soe groet es ende  
heerscapie,  
dat ic met rechte u vrouwe noeme  
des hemels, want uwe melodie  
ende blijschap der ynghelen yerachie  
gaet boven ende alle santen mede.  
lof <sup>1</sup>, suete reyne maghet Marie,  
brinct ons armen sondaren ten ewi-  
ghen vrede.

Verblijt Maria, bruyt ons heren,  
wiens snefheit, scoenheit ende claer-  
heit mede  
verlicht, soe ons <sup>2</sup> dienaers leeren,  
daer bove die suete hemelsche stede  
ghelije die sonne, dat es waerhede,  
den dach op dese werelt verclaert.

lof hebt, Maria van hoegher stede,  
dese moeder es ende maghet ver-  
maert.

Verblijt Maria, fonteyne van duegden,  
als wij bij scriftueren verstaec,  
wien <sup>3</sup> al dat leest, daer boven in  
vruechden  
es ghedienstich ende onderdaen,  
met rechte soe doen wi uwes vermaen,  
wien lof ende eert alt hemelsche  
ghesinne,  
want wat u ghelieft, dat wert ghedaen.  
lof, suete, hemelsche coninghinne.

Verblijt Maria, wies kinde ghenoecht,  
dat u bequamelije es, maghet reyne,  
want soe sijdi te gader ghevoecht,

dat uwer beyder wille es maer een;  
dat ghij begheert, ees't groet, ees't  
cleyn,

wert stappans van uwen kinde ghe-  
daen,

dies wilt te samen onder u tween  
van ons arm<sup>5</sup> sondaren lof ontfaen.

Verblijt Maria, wiens dienare gheloent  
seer hopelic sijn op eerterike,  
oec woorden haer zielen daer boven  
ghecroent

van uwen kinde in hemelrike;  
noyt dienaers ontfinc sulc loens ghelike,  
als men Maria van u ontfaet,  
dies moetti lof hebben eeuwelike,  
op wien dat al ons hope staet.

Verblijt Maria, die sijt verheven  
mits uwer groeter oetmoedicheit  
boven alle santen int ewich leven,  
want naest der heiligher triniteyt

Aus einer Perg.-Hs. des 15 Jahrh. zu Rheinau bei Schaffhausen, in Duodez,  
ohne Nummer.

<sup>1</sup> l. lof hebt. <sup>2</sup> l. ons uwe. <sup>3</sup> vielleicht wie. <sup>4</sup> l. lovet. <sup>5</sup> l. armen.

soe sitti in uwe maiesteyt,  
alsoe, reyne maghet, scriftuere be-  
wisen,

lof wien elc sondare om troest verheyt,  
Maria, die niement en can volprisen.

Verblijt Maria, der werelt behoet,  
die van uwen kinde versekert sijt,  
dat dese voerseide blijscape soet  
sullen eeuwelike ghedueren sonder  
respijt,

dit's sevenste, Maria, welc u verblijt,  
wiens vruecht daer boven es sonder  
ghelike,  
dies moetti lof hebben t'alre tijt  
van dese seven blijscape in hemel-  
rike.

*versus.* Maria moeder, ghi sijt verheven  
boven alle ynghelen in't eewich  
leven.

#### 466. Gaudia b. Mariae.

Gaude mater deo grata,  
quæ præcellis jam beata  
sanctorum omne gaudium. A. M.

Gaude dies, sic a sole  
illustras tuo fulgore 5  
totum cœli palatium. A. M.

Gaude nimis sublimata,  
summo throno sociata  
miro privilegio.

Gaude mater cœli ducis, 10  
nam te omnes filii lucis  
honorant cum tripudio.

Gaude mater, trinitatis  
atque tuæ voluntatis  
mutuo conjunctio. 15

Gaude, per te merces dantur  
his, qui Christo famulantur  
in cœlicum triclinio.

Gaude virgo mater pura,  
tota certa et segura 20  
regnans cum dulci filio.

Jesu digne,  
rex benigne,  
ob amorem piæ matris  
nos due in regnum summi patris. 25

Hs. zu Lichtenthal, v. J. 1400.

4 dies a sole sit Hs. Der Sinn wäre deutlicher in folgender Fassung: gaude, dies ut a sole lustratur, tuo fulgore lustras cœli palatium. Der Reim ist ungenau. 11 filii. 13 æternæ trin. 15 mutuo ist Adverbium, es wäre aber besser mit einem neutralen Ablativ verbunden, etwa commercio. 16 datur. 17 cœli für Chr. 23 rex et b. 25 summum.

V. 17. famulantur, denn die Gläubigen sind famuli Christi, οἰκέται τοῦ Θεοῦ, No. 430, 4. 479, 62., wofür auch oft nach dem Muster der Apostel servi, δοῦλοι steht. S. No. 556, 18.

V. 19. 20. ähnlich in No. 465, 37. 38.

## 467. De gloriosa virgine Maria.

### *ad matutinas. oratio.*

Gaude virgo principalis, per quam decor virginalis accepit exordium, per quam amor enituit, amor in mundo floruit, ut inter spinas lilium.		et quod per se disposuit, per te complere voluit.	
Tu in mulieribus optima factura, angelorum *** regem paritura; a creante omnia singulari curâ dignior es condita omni creaturâ.		Gaude sacrum pectus aureum, verum reclinatorium Salemonis, eburneum regale consistorium; reque recubuit in te, qui nasci voluit pro nobis, dum condoluit his, quos perire noluit.	5 30 35
Tu vernalis amœnitas es, per quam hiems transiit, æstivum tempus rediit; cujus natura bonitas, cujus forma dilectio, excisa dei digito: nostræ decenter animæ formam amoris imprime.	15	Gaude mea tu dulcedo, dulcis vere plus quam medo, me dignare visitare et cor meum dulcorare et amore debriare.	40
Gaude mundi reparatrix, creaturæ renovatrix, quod sine te fecit deus, tecum refecit dignius,	25	Gaude, cujus ardet sinus, in quo lucet sol divinus, tuos caros huc invita, mei tamen non oblita tu trahe et non altera.	45
		Gaude virgo, more miro tu es mater absque viro, te amantem juva, precor, sine causa te non sequor, o dulcis amicitia!	50

Te qui bibit, non peribit, sat amare quis te quibit? qui te quærit, nunquam perit, tu quem amas, tuus erit, o felix, qui te sequitur!	55	ut cantemus præ amore laudes tuas cum honore in terra viventium, et nostra contemplatio tibi et tuo filio vacet cum lætitia.	65 70
Mane mecum tu in mente, tecum ero te fruente, non inanem me transibis, immo in me tota ibis mansura mecum jugiter.	60	O mater desiderii, o civitas refugii, o gemma clementiæ, tibi soli sit sanctitas, sit primatus, sit dignitas honorificentia.	75
Tuus amor nos afficiat, ad te cor nostrum rapiat totum, non dimidium,			

Hs. zu Mainz, August. No. 438. Bl. 49. des 14 Jahrh. Der Titel lautet:  
De gloriosa imperatrice cœli et terræ v. M.

9 fehlt ein Wort ohne Lücke, vielleicht cœtibus. 15 tu es, Hs. 58 fruente,  
scil. mente. 61 tecum, Hs.

V. 13. 14. ἀνωτέρα πάντων τῶν ποιημάτων. Feb. 26. No. 524, 52.

V. 15. vernalis amœnitas, bezieht sich zunächst auf das Fest der Em-  
pfängniss am 25 März, bedeutet aber auch den Anfang des neuen Testaments.

V. 16. hiems heisst hier das alte Testament, die Griechen brauchen das  
Bild von der Sünde: ὁ χειμὼν τῶν πταισμάτων μου δεινῶς με ταράττει. Febr. 24.  
Vgl. No. 52, 61.

V. 23—25. Dies bezieht sich auf den Sündenfall, darum heisst es bei  
Mariä Geburt in den Menäen: οὐκ ἔτι ὁ Ἀδάμ κατακρίνεται, ἡ Ἐνα τῶν δεσμῶν  
ἀπολέλυται. Sept. 10.

V. 31. 32. ἰστόρησε Σολομῶντος ἡ στοὰ τὴν χάριν σου. Pent. 21.

V. 42. 43. ὁ ἐκ τῆς γαστροῦ σου, ἀγνή, προελήλυθε, τοὺς ἐν τῷ σκότει τοῦ  
θανάτου θεαρχικωτάταις ἀστραπαῖς κατέλαμψε. Octoech. 145.

V. 47. more miro, τὸ ἐξαισιον θαῦμα τῆς συλλήψεως. Nov. 13.

V. 48. mater absque viro, ἀπειράνδρος μητήρ. Oct. 23.

V. 72. civitas. πόλις ἢ περιδοξος τοῦ βασιλεως. Sept. 7. Daher ist sie  
auch Patronin der Städte. refugii. πάντων προστατεύεις, ἀγαθὴ, τῶν καταφεν-  
γόντων ἐν πίστει τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ. Euchol. 197. No. 529, 9.

V. 74. ἀγίων ἀγιωτέρα γεγένησαι. Oct. 9.

#### 468. ad laudes. oratio.

Gaude mater regia,  
mater solis et filia,

per quam nox finem habuit,  
sol de sole resplenduit.

Gaude felici gaudio  
eodem gaudens filio,  
quem deus auctor omnium  
gaudet habere filium.

Gaude tanto consortio,  
deo condigna socio,  
et da, ut in hoc fœdere  
sit nobis nasci, vivere,  
sit mors, sit resurrectio,  
sit nostra consummatio.

Gaude mater, lux fidei,  
prædux stella sanctæ spei,  
dux ad montes aromatum,  
ex sabbato ad sabbatum,  
dux a fide ad spem,  
ad jubilæi requiem.

Gaude serena domina,  
splendor verus, lux divina,  
cœli serenitas,  
stellarum claritas,  
nos intus irradiat  
tui splendoris gloria.

Tuum melos nos mulceat,  
tuum lumen effulgeat,

5 sit tua dulcis facies  
in noctibus meridies. 30

Gaude sponsa, quæ amorem  
pium habes dilectorem,  
dilecta præ omnibus,  
10 tu amoris grata vice  
amantem amas unice 35  
ex totis visceribus.

Gaude sponsa, quæ plus amasti,  
plus amando suspirasti  
sponsi tui speciem,  
15 te justum est plus gaudere, 40  
te dignum est plus videre  
ejus sacram faciem.

Gaude virgo plus quam multum  
et dilecti vide vultum  
singulari gloria, 45  
amplexantem amplexare,  
osculantem osculare  
perenni concordia.

25 Tu in deo vere tota  
fixa manes et immota, 50  
tu deum vivum intuere,  
quem jocundum est videre  
in suo claro lumine.

Aus derselben Hs. zu Mainz, Bl. 50.

34 voce f. vice, Hs.

V. 2. mater solis, daher *φωτογεννήτωρ*. *Octoech.* 148. Auch mater luminis, denn Christus heisst sol und lumen.

V. 3. 4. τῷ φέγγει τοῦ σοῦ τοκετοῦ τὴν οἰκουμένην ξενοπρεπῶς ἐφώτισας, θεογεννήτωρ. *Octoech.* 148. τέτοκας υἱὸν καταναγάζοντα τοὺς γηγενεῖς τῆς τρισηλίου θεότητος τῷ ἀνεσπέρῳ φωτὶ καὶ ταῖς λάμπουσιν. *Pent.* 30.

V. 50. Daher wird auch zu ihr gebetet: τὸν λογισμὸν ἡμῶν στήριξον. *Nov.* 19. und sie heisst τῶν πιστῶν προστασία. *Oct.* 19. S. No. 472, 48. No. 555, 16.

#### 469. *ad primam.*

Gaude aurora sæculi,  
domus novi diluculi,

de qua lux lucis prodiit  
et in mundo apparuit.



Gaude mater salvo flore, ortus surgentis auroræ, quæ diei primordia dedisti in ecclesia.	5	Jube, ut nos humilitas, virtus virtutum, impleat, per quam in nobis caritas ardens et lucens fulgeat.	30
Gaude mater luciferi, de cujus sacri uteri benedicto sacrario defluxit benedictio.	10	O orientis oriens aurora, solis nuntia, sol solem parturiens, dies diei prævia;	35
Gaude flos desiderii, gaude mater principii, quæ edidisti omnibus <i>desideratum gentibus.</i>	15	Data pressæ in nubilo mentis inflatæ, intima per quam amoris júbilo nostra exultet anima.	40
Gaude aurora ecclesiæ, per quam apparente die umbra noctis evanuit et lætum mane claruit.	20	O ver veris temperies, quo revirescunt omnia, æstas æstatis species, qua innovantur gaudia!	
Esto nobis lux prævia et oriens ad gaudia, ut veri solis specie vere fruamur hodie.		Fac nos innovari virore, qui non deficit, et in deo jocundari, qui solus vere sufficit.	45
Gaude lampas castitatis et lucifer humilium, sol septuplæ claritatis, dies dierum omnium.	25	Deus, æterna puritas, una et trina suavitas, sit sibi jubilatio, puræ mentis intentio.	50

Aus derselben Hs. Bl. 50.

V. 2. *domus. οἶκον Χριστοῦ δομησάμενος.* Nov. 11. Dazu gehören auch die Stellen, worin Maria mit der Arche verglichen wird. No. 414, 14. *ὀικητήριον φωτος.* Mart. 23. *ἡλίου τοῦ ἀδύτου οἶκος γέγονας.* Pent. 30. Im *Octoech.* 95 wird sie *θεοῦ κατοικητήριον* genannt.

V. 16. aus Ven. Fortunat. entlehnt. No. 419, 19.

V. 17. 22. 33. Diese Beziehungen auf den Sonnenaufgang sind altchristliche Ansichten. *Lactant. divin. institut.* 2, 10. *Oriens deo accensetur, quia ipse luminis fons et illustrator est rerum et quod oriri nos faciat ad vitam sempiternam.* — dies, quem primus oriens subministrat, dei sit necesse est. In anderer Weise drücken es die Griechen aus: *ἀνατολή ἐπιφανείσα θεότητος τοῖς ἐν σκότει πᾶσαν διεσκέδασε τὴν ἀφεγγῆ νύκτα τῶν παθῶν, καὶ δικαιοσύνης τὸν ἥλιον ἐξανέτειλε.* *Octoech.* 156. S. No. 423, 17.

V. 27. *lampas. λυχνία χρυσοφαίης.* Febr. 23. *φωτοφόρος λυχνία.* Aug. 9. Das ist so viel als *χριστοφόρος*, weil Christus das Licht ist. *Candelabrum in medio mundi* nennt sie *Anselm. orat.* 54. S. No. 517, 25.

V. 33. orientis oriens. Tu lux oriens Nazareth. *Anselmi orat.* 55.

V. 37. nubilum mentis. ζαθυμίας σκότος και νέφη τῶν παθῶν. *Oct.* 19.  
ἡ ἐν ἀμαρτήμασι συνήθεια πολλὴν πώρωσιν τῆς ψυχῆς ἐργάζεται και ἀνοήτους  
ποιεῖ και τυφλοῖ τὸ ὄξυδερχές τῆς διανοίας ὄμμα. *Chrysost.* in ps. 49, 11. δῖωξον  
τὸ νέφος τῶν παθῶν. *Oct.* 23.

V. 41 — 44. S. No. 467, 16.

V. 42. Daher heisst es auch von Christus: τὴν κτίσιν φθαρεῖσαν ἐκαινούργησε, nämlich durch seine Menschwerdung. *Oct.* 10.

#### 470. *ad tertiam.*

Gaude nostra Jherusálem,  
per quam pacem principalem  
in æternum habebimus,  
quando Christum videbimus,  
quem amare est pietas,  
quem videre satietas.

5

Gaude porta justitiæ,  
via supernæ gratiæ,  
cujus sequi vestigia  
est veritas et gloria.

10

Gaude, quæ filio tuo  
amore individuo  
conjuncta æternaliter  
gaudes ineffabiliter.

Gaude ficus fructifera,  
dei plantata dexterâ,  
finis amaritudinis,  
principium dulcedinis.

15

O filii filia,  
tu amori semper vaca  
et dilectum nobis placa  
orandi instantiâ.

20

Da, ut mente Nazareni,  
a vitiis alieni,  
proferamus sine spina  
multa virtutum germina.

25

Gaude cœlestis viola,  
flos dignus deo incolâ,  
in quo deus et amore  
totus mansit et corpore.

30

O lux mundi, lucis mater,  
te signavit deus pater,  
qui de te nasci voluit  
deum, quem de se genuit.

Tam præclara nativitas  
sit nostræ mentis claritas,  
ut per te simus dii,  
dei et tui filii.

35

Gaude virgæ flos imperii,  
gaude pulchritudo gaudii,  
gaude major imperio,  
gaude singulari gaudio.

40

Gaude origo gaudii,  
mater æterni lilii,  
per quam flos montium  
factus est flos convallium.

45

O dilecta cum dilecto,  
o electa cum electo,  
o rosa cum lilio,  
tibi candor cum rubore,  
tibi decus cum decore,  
tibi laus cum gaudio.

50

In te sibi complacuit,  
in te amor constituit  
locum suæ gloriæ;  
te elegit, te amavit,  
te præ cunctis consecravit  
oleo lætitiæ.

O præclara stella maris,  
mater magni luminaris, 60  
55 rotam solis specularis  
trinum et unum deum contem-  
plaris  
in omni pulchritudine.

Dieselbe Hs. Bl. 51.

4 Chr. et te, Hs. 6 est sat. Hs. 46 nach dem Versmass gehört est zu 45. 62 besser triumnum.

V. 1—3. Si sumus filii pacis et volumus super nos pacem requiescere, et accessimus ad Jerusalem cœlestem, quæ ex pace nomen accepit: cum his, qui oderunt pacem, habeamus pacem, et quantum in nobis est, cum omnibus hominibus pacati simus. *Hieron.* in ep. ad Tit. 3, 33. S. No. 304, 2.

V. 8. im Griechischen heisst sie auch φωτισμός τῆς χάριτος. Jan. 25.

V. 15. Ist Gegensatz zum unfruchtbaren Feigenbaum Matth. 21, 19. Den fruchtlosen Baum brauchen die Griechen als Bild des Sünders: ἐγὼ εἰμι τὸ ἄκαρπον δένδρον, διὸ καὶ τρέμω τὴν ἐκτομήν. Oct. 21.

V. 37. dii. S. No. 303, 75. οἱ θεωθέντες διὰ σοῦ „χαῖρέ“ σοι κραυγάζομεν, παρθενομῆτορ. *Octoech.* 152. θεῶσαι βουλόμενος τὸν πρὶν φθαρόντα ἄνθρωπον ὁ πλάσας καὶ δείξας εἰκόνας θείας μορφῆν, ἄνθρωπος ἐγένετο ἐκ σοῦ. *Ibid.* 74. ὁ δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν γενόμενος ἄνθρωπος ἐθεῶσε τὸν ἄνθρωπον. *Pent.* 54. θείας γεγόναμεν κοινωνοὶ φύσεως διὰ σοῦ, θεοτόκε. *Ibid.* 73.

V. 45. 46. κατέχοντος τοῦ σκότους γῆν καὶ θάλατταν καὶ πλάνης πανταχοῦ κεχυμένης, κάτωθεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος· ἐπειδὴ γὰρ οὐρανόθεν ἀφέντες οἱ τότε ἄνθρωποι θεὸν ἐπὶ γῆς ἐζήτουν, ἐκεῖθεν αὐτοῖς ἐφάνη συγκαταβάς τοῖς ἀσθενοῦσιν, ἵνα ἀναγάγῃ πρὸς ὕψος ἄπειρον. *Chrysost.* in ps. 110, c. 3.

V. 62. *contemplari* deum wird von den Seligen gesagt, von den Menschen *credere*. Deum esse non contemplando sed credendo teneo. *Augustin.* de lib. arbitr. 2, 5. Matth. 5, 8.

#### 471. ad sextam.

\* \* \*  
Unge cor nostrum oleo,  
quod per te partu aureo  
suâ se nobis gratiâ  
plenâ effudit copiâ.

Paradisus voluptatis,  
aquis vivis irriguus,  
fons totius pietatis,  
lacte et melle profluis:

Puro lacte, pio melle  
nostra infundens vascula, 10  
fac nos pios sine felle,  
puros sine macula.

5 Gaude manna virginalē,  
manna novum et regale,  
quod nulli sapit hominum 15  
nisi palato virginum.

Gaude felix et júbila,  
cum melle fruens simulâ,  
cum lacte bibens balsamum  
intra amoris thalamum,

20

Qua tua pascis specie  
dilectum in meridie,  
de cujus mensa regia  
nascitur ecclesia.  
da nobis deum sapere,  
ejus amore vivere.

25

Gaude, per quam panis cœli  
vero datur Israheli,  
quem nulli licet edere,  
qui necdum scit diligere.

30

Tu vallis es frumentalis,  
quæ frumenti æternalis  
protulisti nobis granum,  
cujus esu fit cor sanum,  
fit pinguior, fit fortior  
noster homo interior.

35

Talis frumenti adipe  
nos saginari præcipe,  
ne cor nostrum arefiat  
et in via deficiat.

40

Da veritatis epulum,  
sinceritatis poculum,  
ut cum sinceris animis  
epulemur in azymis.

O insignis sponsa dei,  
alma mater almæ spei,  
lignum vitæ almi fluum  
fructum ferens præcipuum;  
ostende nobis sobrias  
sponsi et sponsæ nuptias,  
in illa dulci patria  
fructu vitæ nos satia.

45

50

Gaude virgo ætherea,  
uvam mitem parturiens,  
urna decens et aurea,  
verum manna suscipiens.

55

Hujus panis angelici  
nos repleas pinguedine,  
ut tam pii viatici  
delectemur dulcedine.

60

In te dulce convivium  
et omnes sunt delitiæ,  
in te electuarium  
et sapor omnis gratiæ.

Dieselbe Hs. Bl. 52.

Der Anfang des Liedes ist in Prosa aufgelöst, in welcher die Reime noch durchblicken. Er lautet also: Gaude Maria omnium creaturarum dei beatissima, quæ omnium communem creatorem ex te genuisti hominem tibi consimilem. Gaude Maria domina mundi, quæ dominatorem omnium habes filium tibi sanctissimum. Da ich hiernach das Strophenmass nicht herstellen kann, so lässt sich auch nicht mit Bestimmtheit sagen, ob in den sechszeiligen Strophen zwei Verse fehlen oder hinzugefügt sind.

62 sunt fehlt der Hs.

V. 5. janua paradisi nennt sie *Anselm. orat. 55. No. 507, 17. No. 517, 15.*

V. 7. fons. Weil Christus das Leben ist, so heisst Maria mit Recht ζωοδόχος πηγῆ, die Quelle, die das Leben empfangen hat. Aug. 9. Diese Benennung wird jedoch aus verschiedenen Beziehungen erklärt, die Menäen zum 19 Oct. leiten sie aus dem Propheten Joel 3, 18 her.

V. 13. manna. μάννα σε οὐράνιον, παρθένε, ὀνομάζω. *Pentecost. 19. μάννα σωτηριῶδες ἐναργῶς γινόμενον πρὸς τοῦ ζητιούντος τὴν χρεῖαν, πλούσιον ὄντως καὶ ἄφθονον. Ibid. No. 507, 161.*

V. 23. mensa. Dieses Bild wird in den Troparien oft auf Maria übertragen und sie *θεία τράπεζα* genannt (Sept. 10), was ich im Lateinischen noch nicht bemerkt habe. Nov. 11. *ὡς ἔμψυχος τράπεζα ἄσπτον χωρεῖς τῆς ζωῆς ἡμῶν*. In ähnlicher Weise braucht Fortunatus ara dei von Maria.

V. 31—34. In den Menäen heisst Christus die Kornähre, die aus Maria gewachsen ist: *ὡς εὐφορον ἐγεώργησας χάριτος ἄσταχυν, τὸν πρέφοντα ἅπαντα*. Oct. 17.

V. 54. uva. *ὡς ἄμπελος ἀπότιστος βλαστάνεις τὸν βότρυν τὸν ἀγεώργητον*. Nov. 11. *σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, ἡ βλαστήσασα τὸν καρπὸν τῆς ζωῆς*. Oct. 6.

### 472. *ad nonam.*

Gaude pascha fidelium, laudatio laudantium, per quam nobis ad gaudia fit transitus paschalia; ubi semper gaudebimus, Christum et te videbimus, quem amare est pietas, videre est satietas.	5	fac nos templum castitatis, in quo sit dei solium, fac castellum puritatis, in quo fiat solstitium.	30
Gaude cedrus exaltata, in amore radicata, oliva semper viridis, ramis jocunda floridis.	10	O dilectrix dilectoris, o genitrix genitoris, da nobis pura labia, cor mundum, recta studia, ut tuam tuo munere laudem possimus canere.	35
Hortus clausus et amoenus, omni flore semper plenus, quem totum singulariter auster perflavit suaviter.	15	Gaude beatitudinis mater, dei et hominis, tuo nobis auxilio superna detur portio.	40
Beati, qui te diligunt, qui te amare eligunt affectu plenario, te diligentes dilige, te eligentes elige in caeli palatio.	20	Gaude, quæ in hymno tuo, plus quam satis mellifluo, laudans in te mente pia magna dei magnalia in domino te laudasti, te laudandam prophetasti, dum beatam ab omnibus te dicendam fidelibus veraciter prævidisti, humiliter prædixisti.	45
Gaude templum marmoreum et civitas solstitii, castellum solis vitreum, solis occasus nescii;	25	Unde tuam laudem omni hora	50

omnis homo		te benedicentes,	60
mente promat pura,		fac ut sanctis moribus	
tuum jubilet	55	sint proficientes,	
præclare canticum,		affice dulcedine	
quamdiu habet		tu eorum mentes,	
vitalem spiritum.		ut in tuis laudibus	65
<b>O benedicta benedic</b>		semper sint ferventes.	

Dieselbe Hs. Bl. 52.

25 o cast. Hs. 55 jubiletque tuum, Hs. 64 tua, Hs.

V. 23. templum, ναὸς ἐγένου τῆς θεότητος ὅλης. Oct. 15. templum dei vivi, aula regis æterni. *Anselmi orat.* 55. S. No. 564, 2.

V. 24. solstitium wird hier der Aufenthalt Christi im Leibe seiner Mutter genannt. Das Bild ist aus Jos. 10, 12 genommen.

V. 24. 25. civitas, castellum. Diese Vergleichen sind bei den Griechen weiter ausgeführt als bei den Lateinern, wie schon folgende Zusammenstellung beweist: κράτος, τεῖχος καὶ σκέπη, καὶ ὄχυρόν προπύργιον. Oct. 20. Sie heisst auch δωδεκάτειχος πόλις. Jul. 17. ἡ πόλις ἡ ἔμψυχος τοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος. *Octoech.* 60.

V. 25. vitreum castellum, in No. 420, 8 fenestra.

V. 26. sol occasûs nescius, ähnlich heisst Christus φῶς τὸ ἀέσπερον. Oct. 10. σωτήρ ὁ ἄδυτος ἥλιος. Jul. 24.

V. 32. τὸν κτίστην ὡσπερ βρέφος ἐβάστασας. Oct. 1.

V. 45 flg. νῦν μακαρίζουσι πᾶσαι αἱ γενεαὶ τῶν ἀνθρώπων σε θεοτόκε ἀγνή, ὡς προέφης. Oct. 1. Man bemerke diesen Grund der Marienverehrung.

V. 48. fideles. Fidem qui habent, fideles vocantur, et qui non habent, infideles. *Augustin.* de trin. 13, 5. Sibi ipsi fidere, non fidei, sed perfidiæ est. is vere fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat. *S. Bernard.* in vig. nat. serm. 5, 5.

### 473. ad vesperas.

Gaude matrona cœlica,		nam jus habet et ratio,	
exultando magnifica		matrem præesse filio.	10
deum tuum salutarem,		Ergo ora suppliciter	
qui te fecit singularem.		et præcipe sublimer,	
Tu ancillam Jesu Christi	5	ut nos in mundi vespera	
te vocare voluisti,		ducat in regna supra.	
sed, ut docet lex divina,		Gaude, quæ dei filium	15
tu ipsius es domina,		tuum per carnem proprium	

- ventris portasti thalamo,  
lactis potasti balsamo.
- Gaude, quæ verum amicum,  
fontem amoris unicum, 20  
frequentasti amplexibus,  
amorem redolentibus.
- Gaude, quæ pio filio  
in virginali gremio,  
dulcem infigens oculum, 25  
suave dedisti osculum.
- Gaude, quæ mundis manibus,  
plenis rosarum floribus,  
sceptro et pomo aureo  
parvo lusisti filio. 30
- Gaude, quæ voce præclara,  
tamquam cœlesti cythara,  
novo epithalamio  
præcinuisti filio.
- Gaude, quæ sponso concinis 35  
cantu, cujus non est finis,  
tuum epithalamium  
tibi soli sit proprium.
- Sacram vocem tuæ laudis  
sola promissis, sola audis 40
- et dilectus tuus tecum,  
qui te gaudet esse secum  
amoris privilegio,  
sicut mater est cum filio.
- Gaude, quæ sola libere 45  
debes et potes dicere:  
„ego sum regina  
et præter me non est domina.
- Ego dilecto proxima,  
cujus ad me conversio, 50  
ego illi, mihi ille,  
unus uni inter mille,  
beatis sum beatior,  
nobilibus nobilior.“
- O formosa, quiesce, 55  
et ut sol in me nitesce,  
intra meum vile tectum,  
in me sterne tuum lectum,  
quia meum scis affectum,  
te diligo, considera. 60
- O jocunda, me circumda  
caritatis manu mundâ,  
ut amare te assuescam  
et amando non quiescam,  
da mihi te in præmium. 65

Dieselbe Hs. Bl. 53. Da in der Vesper das Magnificat gesungen wird, so ist in diesem Liede darauf hingewiesen V. 2. 31—38.

V. 17. portasti, daher heisst sie bei *Anselm. orat. 47.* deifera, die Griechen brauchen diese Benennung selten, aber oft ζωνφόρος πηγή, weil Christus das Leben ist. *Pent. 19.*

V. 33. epithalamium, das Magnificat.

V. 39. privilegium. 44. regina. *Anselmi orat. 55.* singulari privilegio sicut nescis in omnibus comparationem, ita nihilominus et angelicam superas dignitatem. Ueberhaupt ist Anselm in seinen Gebeten reich an Beinamen Mariä, wie sie grossentheils auch in diesen Liedern vorkommen. Ich setze zur Vergleichung eine kleine Beispielsammlung her. *Orat. 53.* gratissimum dei templum, spiritus sancti sacrarium, gemma cœlestis. *Orat. 54.* luna in medio firmamenti, myrrha electa, piscina in Esebon, virgula fumi in aromatibus, fasciculus

myrrhae et thuris, therebinthus, mediatrix nostra. Orat. 55. Omnium creaturarum dignissima, virga de radice Jesse, cedrus de Libano, rosa purpurea in Jericho, cypressus in monte Sion, lætitia Israel, decus mundi, nobilitas populi christiani, scala cœli, thronus dei, mediatrix. Auf Marienlieder spielt er nicht an.

#### 474. *ad completorium.*

Gaude virgo, quæ floribus digne fulciris omnibus, per quam florent omnia; quæ innixa sponso deo cantas, amore langueo, una super millia. fulci cor nostrum floribus suavitatem spirantibus, ut dilecto redoleat et ad quietem placeat.	5	quibus custodis parvulos. nos in virtute modica custodi et pacifica, quæ nos deo humiliet, humiliando societ.	25
O Salomonis ferculum, amor, amplexus, osculum, lectus vallatus liliis lampadibusque aureis.	10	Gaude puella regia, pudoris primiceria, tu in die vigilasti, quia noctem ignorasti, tu in prima vigilia, id est tua infantia, vigilare didicisti, vigilando docuisti, ut discamus vigilare Christum et te expectare.	30 35
Da nobis lectum nobilem, id est amorem humilem, in quo dilecti suavibus astringamur amplexibus.	15	O beata virgo, veni, nos vigilantes inveni, vel secunda vel tertia saltem noctis vigilia exaudi piarum piissima, spes peccatorum, virgo Maria.	40
Pax nostra indeficiens et custos nunquam dormiens, quæ septem habes oculos,	20		

Dieselbe Hs. Bl. 54.

V. 13. lectus, *κλίνη τοῦ λόγου.* Oct. 14.

V. 20. Sie heisst auch bei den Griechen *φύλαξ καὶ προστάτις.* Oct. 20.

V. 31 flg. Diese Stellen beziehen sich auf die klugen Jungfrauen in der Parabel, mit welchen Maria verglichen wurde. S. No. 372, 37. Die Vigilie eines Festtages ist hier mit jener Parabel zusammengestellt.

V. 35. 36. Maria hat gewacht, bis Christus kam, darum gehörte sie zu den klugen Jungfrauen. Die Menäen sagen daher, das alte Testament war ein verderblicher Schlaf der Erbsünde, aus welchem Christus die Menschen erweckte, Maria blieb aber wach, um das Heil zu erwarten. *Τοὺς πάλαι ἐκ παραβάσεως καρπῶ ὑπνώ ὄλεθρίῳ ἀφυσπνῶσαντας θείαν καὶ σωτήριον ἐγρηγόρσιν παρεῖχε Χριστός.* Oct. 21. Dort wird auch der Todesschlaf Christi



am Kreuze die Erweckung der Menschheit genannt. Im Vergleich mit dem ewigen Tag im Himmel ist das irdische Leben eine Nacht, daher *Augustin.* serm. 206, 6. sagt: plena tentationibus hujus sæculi nox. Ebenso *Hieron.* in ep. ad Eph. 4, 1. tenebræ, terrena hæc habitatio.

#### 475. *post completorium.*

Gaude, quæ nocti hominum lumen dedisti luminum, fac nobis novo sidere in hac nocte quiescere.		Gaude pincerna spiritus, nos irriga medullitus, ut corde plus quam ebrio, flagrantes desiderio, clamemus, „modo sufficit, cor enim nostrum deficit.“	15     20
Sit thorus noster castitas, sit requies humilitas, ut sub tua custodia dormiamus in gratia.	5	O Maria, via vitæ, nos ad hoc perduc: „venite, benedicti patris mei!“	
Da mentem placabilem, da somnum deo vigilem, sit nobis dulce somnium memoria cœlestium, ut sponsum puro oculo videamus in speculo.	10	ut cum Christo conregnemus, jubilæum celebremus in gloria patris dei.	25

Dieselbe Hs. fol. 54. Die 3 Endverse sind in der Hs. so in Prosa aufgelöst: conregnemus ut cum Christo jubilæum sempiternum celebrantes in gloria dei patris.

Der Cursus oder Cyclus dieser 9 Lieder No. 467—475 ist der Behandlung nach von *einem* Dichter. Zu jeder Tagzeit sind diejenigen Benennungen Mariä gewählt, welche damit bildlich zusammenhängen.

15 sancti spir. Hs.

V. 2—4. φῶς ἡ τεκοῦσα τὸν τοῦ πατρὸς λόγον τὸν αἰδιον, φώτισον τὸν νοῦν μου καὶ ἀποδίωξον τὸ σκότος τῆς ψυχῆς μου. Oct. 1.

V. 10. ne nos non corpore sed spiritu dormientes ille rugiens devorator inveniatur. S. *Augustini* sermo 210, 6.

V. 21. 22. ὁδήγησόν με εἰς εὐθείαν ὁδὸν καὶ κατεύθυνον πρὸς δικαιοσύνης τρίβους ὁρθάς. Nov. 20. S. No. 565, 35. No. 564, 9.

#### 476. *Oratio ad s. Mariam v.*

Gaude limpidissimi fontis sancti vena,	luminis purissimi supra modum plena,
---	---

cujus vultum concupiscunt cœli cives et addiscunt frui tanta principe.	5	æternæ viriditatis, vigēs in divitiis summæ trinitatis.	15
Gaude, quam adorant angelorum cives, venerantur et honorant, quia meritis prædives polles in deliciis	10	Per merita præcipua serva mater et consigna tuæ proli nos benigna, ut per tua merita nos coronet in gloria.	20

Dieselbe Hs. zu Mainz, Bl. 67. 14 Jahrh.

V. 6. 9. ὁ τῶν ἐνταῦθα ξένος τῶν ἄνω πολίτης ἔσται. *Chrysost.* in ps. 119, 2.

#### 477. Item ad s. Mariam.

Gaude super sidera sedens ut regina, cujus fert imperia omnis creatura.		te principem et reginam illius cœlestis patriæ jugiter venerantur.	
Ad tuum arbitrium cœtus beatorum atque principatum gaudentes famulantur, et ad tuum desiderium illa supernorum spirituum agmina sedule inflammantur, abundanti de tua et perennî gloria jugiter lætantur.	5            10   15	Pro hac tibi gloria „gaude“ proclamamus, cujus amicitia nos trahit tanquam hamus.  Per hæc immensa gaudia et merita præcipua salva nos a ruina, fons vitæ, vena veniæ, adesse tunc festina cum mortî appropinquamus, ut tecum valeamus perpetuo gaudere.	20            25   30

Aus derselben Hs. Bl. 67. Der Strophenbau der Lieder ist verdorben und ohne Hss. nicht herzustellen.

3 imperium Hs. gegen den Reim. 7 atque fehlt. 13 de tua super abundantî, Hs. 16—18 wahrscheinlich ein Zusatz. 27 et ad. Hs.

V. 1—4. κύριε, τὴν σὴν μητέρα ὑψώσας ὑπὲρ πάσας νοερὰς ἐξουσίας. Aug. 31. Daher wird sie auch genannt ὑπερτέρα τῶν κτισμάτων. *Octoech.* 84. ἡ πάντων δεσπόζουσα τῶν ποιημάτων. *Ibid.* 86. S. No. 465, S. No. 507, 116.

## 478. De s. Maria.

<p>Gaude stella rutilans,          stella matutina,          super astra jubilans          deo tam vicina;          cui se jam subjicit          potestatum hierarchia,          succensa tuo desiderio          ardet tamquam in camino.</p>	<p>et cœlis es sublimior          gratiâ ex te nati,          tu solis luce clarior,          tu cunctis præcellentior,          proxima trinitati.</p>	<p>15</p> <p>5</p>
<p>Gaude cum his omnibus,          mater gaudiosa,          tuis amatoribus          assiste gratiosa.</p>	<p>Nunc ante thronum trinitatis          decora sponsa æterni regis          miserorum miserata,          pia mater pietatis,          sis pro nobis advocata,          causam nostræ paupertatis          coram deo sustine          et veniam de peccatis          nobis miseris obtine.</p>	<p>20</p> <p>10</p> <p>25</p>
<p>Gaude, quæ dignis dignior</p>		

Aus derselben Hs. Bl. 67. 68. Zwischen den zwei ersten Strophen steht ein prosaisches kurzes Gebet.

## 479. In honorem virginis prosa.

<p>Gaude summi creatoris          sponsa gloriosa,          ave mundi salvatoris          mater speciosa,          salve divini fulgoris          stella radiosa,          tibi gaudia honoris          dicam, dei rosa.</p>	<p>„dei mater es effecta          pneumatis mysterio.“</p>	<p>15</p>
<p>Gaude virgo præelecta          divino consilio,          super omnes prædilecta          in conspectu regio;          tibi dixit voce rectâ          Gabriel cum gaudio:</p>	<p>Gaude dulcis consolatrix,          divinum præconium,          inimicorum fugatrix,          deitatis speculum,          tu, benigna imperatrix,          dei patris filium          peperisti, mediatrix          sis dei et hominum.</p>	<p>5</p> <p>20</p> <p>10</p>
<p>Gaude cœlorum regina,          sol miræ fulgentiæ,</p>		<p>25</p>

luna splendens, vitæ via, fons supernæ gratiæ; nam tres reges, mater pia, regalis potentiæ dona obtulerunt tria novo regi gloriæ.	30	Gaude caritatis flumen, actus mundans noxios, sanctitatis tu cacumen, terrens adversarios; flaminis æternum numen venit in apostolos, * (fehlen 2 Verse.)	50
Gaude, laudibus ditaris humilis benignitas et cum deo collaudaris sanctorum jocunditas, cum tu nati meditaris quanta est divinitas, resurgentis tunc lætaris, cum luxit humanitas.	35 40	* (fehlen 4 Verse.) tu stellarum claritudo sursum supra sidera assumpta es altitudo, dans divina fœdera.	55
Gaude templum Jhesu Christi, plenum sancti spiritus, digna tollere fuisti miserorum gemitus, tu laudare meruisti tuum natum cœlitus, cum ad cœlos prospexisti scandentem divinitus.	45	Ergo mater dei clemens, per hæc nova gaudia te exoro, dum sum vivens cum dei familia, ut conserver vitâ fruens ad dei servitia, et post finem semper gaudens tecum sim in gloriâ. amen.	60 65

Hs. zu Karlsruhe, o. N. von 1440. mit dem Beisatz: Florentiæ. Bl. 80. Die Hs. zeigt die Lücken nicht an. Jede Strophe hat nur zwei Reime.

33 dictaris, Hs. 51 tu fehlt der Hs. 57 est, Hs. 63 conseret, Hs. 60 für nova ist vielleicht nona zu lesen, denn es scheint, dass in dem Liede neun Freuden aufgezählt waren.

V. 9 flg. In Bezug darauf heisst es von Gabriel in den Menäen: *ἠρόνῳ παριστάμενος τῆς τρισηλίου θεότητος*. Jul. 13. *σὺ μόνη ἐκλεκτή*. Sept. 10.

V. 16. mysterio. *πάντα ὑπὲρ ἔννοιαν, πάντα ὑπερένδοξα τὰ σὰ, θεοτόκε, μυστήρια*. Octoech. 34.

V. 19. inimicorum. *οὐχ ὁ Χριστὸς τοῦτο ἐκέλευσε, τὸ μὴ ἐχθροὺς ἔχειν, τούτου γὰρ οὐκ ἐσμὲν κύριοι, ἀλλὰ τὸ μὴ μισεῖν, τούτου γὰρ ἡμεῖς κύριοι, ἐκεινοῦ δὲ οὐ πάντως*. Chrysost. in ps. 7, 5.

V. 23. mediatrix. In einem Liede des Maximus Planudes an Maria heisst es: *εἰ χρὴ μεσίτην προσλαμβάνειν; τίς ἄν σε μῆτερ τοῦ θεοῦ παραδράμοι;* Hardt catalog. mss. græc. Bavar. No. 50. f. 207. Planudes lebte im 14 Jahrhundert. Eine ältere Stelle ist folgende: *πάναγγε, ἡ μόνη τῷ πλαστουργῶ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑπὲρ νοῦν μεσιτεύσασα*. Octoech. 62. No. 335, 20.

V. 49. caritatis flumen. *ποταμοὶ τῆς χάριτος*. Aug. 31. S. No. 480, 31. *Fluenta gratiæ*. Bernard. serm. in nat. Mar. c. 13. *Descendit per aquæ-ductum (Mariam) vena illa cœlestis (Christus), non tamen fontis exhibens copiam,*

sed stillicidia gratiæ arenibus cordibus nostris infundens. *Ibid.* c. 3. Psalm. 45, 5. 64, 10.

V. 62. dei familia, die Gläubigen. Ebenso bei den Griechen: μή μου ἐπιλήση τοῦ σοῦ οὐκέτον. *Octoech.* 156.

#### 480. De b. virgine. oratio.

Gaude mater nostræ spei, ad te singultimus rei, mater summi luminis et templum veri numinis, vota mea respice.	5	Gaude rivus mellifluus, Maria, fons irriguus, me sitientem refove, a me potenter dimove draconis sæva jacula.	35
Gaude salutis trivium, Maria, spes humilium, tu porta patens veniæ, levamen indulgentiæ, non me pia despice.	10	Gaude flos, qui nunquam marcet, cujus odor virus arcet, amantum corda reficit, quos tædium non afficit, nulla prorsus macula.	40
Gaude virtutum cellula, tu castitatis gemmula, ovem reddis ad stabula errantem regi sedula, te colit mundi machina.	15	Gaude rosa castitatis, inexhaustæ pietatis mater pia sæculorum, vera vita mortuorum, æternæ pacis præmium.	45
Gaude portus tutissimus, Maria, pons verissimus inter deum et hominem, quæ vis perire neminem, mundi spes et domina.	20	Gaude virgo, cujus nomen gloriosum præfert omen, quod cor inde juvenescit et auditus hilarescit, depellit omne tædium.	50
Gaude, cujus partus sanctus effugavit nostros planctus, haustum tristem diræ fæcis et amarum gustum necis, nutrix summi domini.	25	Gaude mater et conserva tuos servos a protervâ dæmoniacâ catervâ, quam evelle et enerva, ne nos lædat amplius.	55
Gaude, de qua botrus vitæ prodiit destructâ lite, pacem piam ordinavit, peccatorem reformavit, laus sit suo nomini.	30	Gaude digna creatura, tu Maria, virgo pura, nil creatum comparari tibi valet aut æquari, tu vis et solis radius.	60

- Gaude mundi medicina,  
gaude rosa sine spina,  
peccatorum suffragatrix  
et errantium reparatrix,  
tu pratum ridens floribus. 65
- Gaude jubar firmamenti,  
novi glossa testamenti,  
tu fideli data genti,  
ad te inclinantem menti  
quam prius doce moribus. 70
- Gaude mater honestatis,  
sinum pande caritatis,  
sub quo pia me reconde,  
ut evadam, da joconde,  
Stygis profundissima. 75
- Gaude virgo, revertentem  
confortabis me timentem,  
audi me ad te orantem  
et cum gemitu clamantem,  
o misericordissima. 80
- Gaude fructuosa tellus,  
Gedeonis madens vellus,  
suscepisti cœli rorem,  
protulisti vitæ florem,  
confer medelam languidis. 85
- Gaude sola virgo mater,  
te vestivit deus pater  
cum coronâ constellatâ,  
dignis signis adornatâ,  
bissenis stellis lucidis. 90
- Gaude virgo dia, pia,  
summa princeps, o Maria,  
rex cœlorum te honorat,  
totus mundus te implorat,  
sis facilis ad veniam. 95
- Gaude deus virgineum,  
ave jubar æthereum,  
sola digna tu fuisti  
esse mater Jhesu Christi,  
amans suam præsentiam. 100
- Gaude lumen sæculorum,  
o regina angelorum,  
ad me vultum tuum verte,  
„esto sanus!“ dic aperte,  
o rutilans aurora! 5
- Gaude cœli lux præclara,  
tu Maria, deo cara,  
confer tuam pietatem,  
purga cordis pravitatem,  
virgo vultu decora. 10
- Gaude templum deitatis  
et origo bonitatis,  
per te pax est confirmata  
et ruina restaurata  
ex Evâ progrediens. 15
- Gaude nunc illuminata,  
cœli sede collocata,  
imperatrix gloriosa,  
juva, virgo, non morosa,  
pro me preces offerens. 20
- Gaude virgo primitiva,  
mihî semper optativa,  
tuus timor dulcissimus  
et vere suavissimus,  
totaliter te diligo, 25
- Gaude de Sion filia,  
corda zelans humilia,  
manum benignam porrige  
vitamque meam dirige,  
parce, quod me negligo. 30
- Gaude, fave, mater pia,  
ut contractâ verâ viâ  
speculemur lumen vivum,

nunquam vero defectivum, ornans cœli curiam.	35	sola salus contritorum, dignitate singularis et a cunctis appellaris <i>mater misericordiæ.</i>	55
Gaude castitatis norma, gaude speciosa forma, summus princeps te elegit et in nichilum redegit hostilem nequitiam.	40	Gaude mitis et benigna, gaude omni laude digna, me dignare te laudare, pro me semper deprecare regem immensæ gratiæ.	60
Gaude turtur castitatis sine felle falsitatis, ex te enim Christus natus, tuo ventre procreatus homo verus atque deus.	45	Gaude, cui prosternor pedibus, exorans cum gemitibus, ut in meis exequiis ostendas cum præsiidiis tuum pium adjuvamen.	65
Gaude felix cœli porta, <i>ex qua mundo lux est orta,</i> me præsentia tuo nato, pro me cruce vulnerato, fac, quod petit homo reus.	50	Gaude, de mortis agoniâ, fer solamen, o Maria, ubi vermis fremet dire, ne me sinas tunc perire, ductum mihi præstes. amen.	170
Gaude mater miserorum,			

Hs. zu Karlsruhe o. N. v. 1440, Bl. 128. mit dem Beisatz: hanc orationem de beata virgine fecit H. decanus in Bischeshusen.

2 singultamus, Hs. 13 rediit, Hs. 14 rege, Hs. 19 quem, Hs. 23 Christi f. trist. Hs. 33 te Hs. 54 evelles, Hs. 69 ad fehlt. 124 vielleicht besser est. 161 cujus prosternorum, Hs. 170 ducatum præstans amen, Hs.

V. 4. 111. templum. Diesen Beinamen erklärt *Cosmas trop. in theoph. fer. 5. st. 2.* also: σοφία τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον ἐαντῆς ἀγνῆς ἐξ ἀπειράνδρου μητρός, καὶ σωματικὸν περιθέμενος. Das bezieht sich auf 1 Cor. 3, 17. und 2 Cor. 6, 16. No. 564, 2.

V. 5. trivium, weil die h. Dreieinigkeit bei der Menschwerdung Christi vereint wirkte, also bei Maria gleichsam auf drei Wegen zusammen kam. Der Ausdruck ist synonym mit trinitatis triclinitium und ähnlichen. S. No. 457, 1. No. 487, 15.

V. 13. περίσωζε τὴν ποιμνὴν σου. Jan. Bl. 26. φύλαττε τὴν ποιμνὴν σου. Jul. Bl. 14.

V. 16. portus, λιμὴν τῶν ἐν ζάλῃ. Aug. 25. γαλήνη, σὺ δέσποια, καὶ λιμὴν τῶν χειμαζομένων ἐν πελάγει ἁμαρτιῶν. *Horar.* 457. Diese Vergleichung kommt sehr oft vor.

V. 20. pons, γέφυρα ἢ μετάγουσα γαλήνην πρὸς ἔυδιον. Aug. 24. mundi domina, σὲ ὡς δέσποιαν πάντων γεραίρομεν. Aug. 25. μόνη πρὸς Θεὸν κόσμον γέφυρα, ἢ μετάγουσα θνητοὺς πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν. Sept. 23.

V. 31. 32. χαῖρε κρήνη ψυχικὸν μέλι βρούουσα. Jan. 27. χαῖρε ἡ χρυσόρευθρος ἀθανασίας πηγῆ. Ibid. ποταμὸς χάριτος. Febr. 15.

V. 35. Jan. 21.

Ἐξάρπασόν με, δέσποινα,  
χειρὸς τοῦ δράκοντος τοῦ βροτοκτόνου,  
τοῦ πολεμοῦντος με ἐν ὑποκρίσει  
καταπιεῖν ὀλοτελῶς·

σύντριψον τὰς μύλας τούτου δέομαι,  
καὶ τὰ μηχανήματα διόλυσον,  
ὅπως ἴσθθεις τῶν τούτου ὀνύχων  
μεγαλύνω αἰετὴν τὴν δυναστείαν σου.

V. 61. mundi medicina. Da durch die Sünde der Tod gekommen ist, so betrachteten die alten Christen die Krankheiten mit Recht als Folgen der Sünden, und wie in dieser Beziehung Christus als Arzt der Menschen unmittelbar um Hülfe angerufen wird, so auch mittelbar Maria um ihre Fürbitte bei ihm, was in vielen Liedern vorkommt, und womit auch ihre Beinamen *fontis*, *piscina probatica* u. dgl. zusammen hängen. Datur nobis intelligentia, propter peccata plerosque evenire corporum debilitates. *Hieron.* in Matth. 9, 5. Bei den Griechen heisst Maria *νενοσηκόσιν ἴαμα*. Aug. 31. λεπρῶν θεία κάθαρσις, ἡ πηγάζουσα νοσημάτων πᾶν φάρμακον. Pent. 20. Σιλῶμ ἄλλος δεύτερος, ὕδωρ πηγάζων ὡς ἐκ πέτρας παράδοξον. Ibid. 19.

V. 81. tellus. γεωργία τοῦ παντουργοῦ πνεύματος σῶμα τῷ δεσπότη τῶν ὄλων ἐκαρποφόρησας. Oct. 3. γῆ ἀνήρωτος τὸν στάχυν τῆς ζωῆς γεωργήσασα. Oct. 6. S. No. 516, 141.

V. 114 flg. ἡ προμήτωρ (Eva) τῆς ἀρχαίας κατάρας τῷ τόκῳ σου ἐλευθερωθεῖσα καὶ θανάτου καὶ πικρᾶς κατακρίσεως. Nov. 19.

V. 123. timor, die Gottesfurcht Mariä. οὐ μὲν φόβος, ἐντολῶν τήρησις· οὐ δὲ ἐντολῶν τήρησις, σαρκος κάθαρσις, οὐ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις· ἔλλαμψις δὲ πόθου πλήρωσις τοῖς τῶν μεγίστων, ἢ τοῦ μεγίστου ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις. *Gregor. Naz. or.* 39 p. 628.

V. 145. Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος. *Octoech.* 62.

V. 146 ist aus der Antiphone Ave regina cœlorum und V. 155 aus der andern Salve regina entlehnt.

V. 152. salus contritorum, τῶν πιστῶν διάσωσμα. Aug. 19.

V. 168. vermis, ῥῦσαι με πάσης προσβολῆς ἐναντίας τοῦ ὄφεως. Ibid. Bl. 19. oder nach der Bibel: ἀκοιμήτος σκόληξ. Jan. 29., denn der Teufel schläft nicht. οὐ διάβολος πονηρὸν θηρίον καὶ ἀκόρεστον. *Chrysost. in psalm.* 123, 1.

#### 481. De b. Maria v.

Gaude stella clara maris,  
qua sub nato principaris  
sanctorum collegio.

Gaude stellis coronata 10  
bissenis et illustrata  
luminis principio.

Gaude mater singularis,  
quæ semper verbo probaris 5  
miro privilegio.

Gaude regina beata,  
super cœlos exaltata,  
mater juncta filio. 15

Gaude cum Christo locata,  
in carne glorificata  
patrum testimonio.

Gaude spes desiderata,  
ex te fulsit salus data  
pressis hoc exilio.



Gaude dextrâ deitatis assistens, fons pietatis, mœstis consolatio.	20	quam ferventer contemplari dulcis est refectio.	
Gaude norma sanctitatis, speculum humilitatis, boni propagatio.		Gaude prædigna laudari, dignas tamen laudes fari inpos est affectio.	40
Gaude fuga vitiorum, solvens vincula reorum, justis præmiatio.	25	Gaude celsæ vitæ via, tibi compar psalmodia acta hæc oratio.	45
Gaude doctrix et lex morum, ductrix ac lux viatorum, lapsis relevatio.	30	Ergo posse da, Maria, supple posse nosse, pia cœli honoratio,	
Gaude decus angelorum omniumque beatorum læta speculatio.		Ut, qui juste non meretur, ad has laudes inflammetur tuo patrocinio,	50
Gaude nutrix orphanorum, liberatrix oppressorum, ægris recreatio.	35	Et sic semper veneretur nomen tuum, ut tenetur sincero præconio.	
Gaude parens abque pari,		Dona, quod exterminetur omne malum, vita detur, quæ caret initio.	55

Hs. zu S. Peter in Salzburg S. 282. 15 Jahrh.

Dieses Lied hat im dritten Verse jeder Strophe den gleichen Reim, sowol dadurch als durch das Strophenmass hängt es mit der Corona b. Mariæ des h. Bonaventura zusammen, und es scheint überhaupt, dass die ähnlich gebauten Lieder No. 456. 461. 462. 466. nach jenem Muster gemacht wurden.

9 Petrum, Hs. 17 data fehlt der Hs. 45 aula f. acta, Hs. Der Sinn ist: hæc oratio tibi acta est ut compar psalmodia, d. h. nimm dies Gebet als ein dir entsprechendes Lied auf.

V. 10. 11. nach Apocal. 12, 1., auch in No. 480, 90. und in manchen Liedern.

V. 20. fons pietatis. εὐσπλαγγίας ὑπάρχουσα πηγὴ, συμπαθείας ἀξίωσον ἡμᾶς, Θεοτόκε. Pent. 67.

V. 26. ῥῆξον τὰς σειράς τὰς τῶν ἀμαρτημάτων. Eucholog. p. 196.

V. 41. 42. ἅπας ἐγκωμίων νόμος ἡτιᾶται τῷ μεγέθει τῆς δόξης σου. Octoech. 29.

V. 56. nämlich vita in Christo. Isai. 9, 7.

## 482. De s. Maria.

Gaude Maria, templum summæ majestatis, gaude Maria, speculum virginitatis.		gaudium nobis sit dulcis vultus filii.	
Gaude Maria, lex testamenti gratiæ, gaude Maria, lux ornamenti gloriæ.	5	O pia mater misericordiæ, salva nos, salva vena veniæ.	15
Gaude Maria, vera spes veri gaudii,	10	Ubi te sanctorum contemplantur oculi, salva nos et conserva in sæculum sæculi.	20

Hs. zu München Cgm. 716. f. 32. des 15 Jahrh. mit der Melodie.

V. 1. templum. φωτεινόν σε ἅγιον ναὸν τοῦ δεσπότου τῶν ὄλων, κόρη, ἐπί-  
σταμαι. Pent. 20. No. 480, 4.

V. 5. 6. Lex ist das alte und Gratia das neue Testament, Christus hat das Gesetz des a. T. erfüllt und die Gnade des neuen gegeben, Maria als die menschliche Vermittlerin der beiden Testamente wird daher hier das Gnadengesetz genannt. S. No. 480, 67. No. 508, 121.

## 483. Sequentia de b. virgine.

<i>Alma redemptoris mater,</i> quam de cœlis misit pater propter salutem gentium, tibi dicunt omnes „ave“! quia mundum solvens a væ mutasti vocem flentium.	5	stupet usus et natura, quod tu, virgo, paris pura sine virili semine.	
Jam vineæ floruerunt, flores odorem dederunt, jam enim hyems transiit: sonet vox jocunditatis, quia tempus est æstatis, imber recedens abiit.	10	O Maria, gignens florem, cujus mirantur odorem cœlum, tellus, maria. partus tuus singularis, purum pure pura paris genitorem filia.	20
Novitate partus casti virgo cuncta renovasti, cum paris clauso cardine:	15	Audi, mater pietatis nos gementes pro peccatis et a malis nos tuere, ne dannemur cum impiis in æternis suppliciis, <i>peccatorum miserere.</i>	25
			30

Hs. zu S. Gallen No. 452 p. 141. 13 Jahrh. (G), Antiphonar von Reichenau zu Karlsruhe No. 209. f. 53. mit der Melodie, 14 Jahrh. (K).

Der erste und letzte Vers dieses Liedes ist der Anfang und Schluss der marianischen Antiphone, welche von der Vesper des Samstags vor dem ersten Adventssonntag bis zu Mariä Lichtmesse gesungen wird, also eine Uebersetzung des Kirchenliedes.

4 dicent G. 5 mundus — ave GK, ich verbesserte nach der Analogie *væ doloris*, No. 396, 4. 7—11 folgen in G so auf einander: 10. 11. 9. 7. 8. 10 sonat K. 13 novitatem K. 15 tu par. K. 19 ave virgo, gig. K, besser scheint gignis. 20 miratur K. 28 dampnentur G.

V. 3. Statt *gentes* sagen die griechischen Väter gewöhnlich *Ἕλληνες* und verstehen darunter das griechisch redende Heidenthum.

V. 13. novitate. Die Neuheit des Lebens Christi, welche in den Liedern oft erwähnt wird, stellt *Hieron.* in ep. ad Eph. 4, 23. 24 so zusammen: Christus quippe est novus homo, quo universi credentes debemus indui atque vestiri. quid enim in homine, qui a salvatore nostro assumtus est, non novum fuit? conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes et ad extremum crux et passio exspoliantis in ea principatus et contrarias fortitudines ostentui habentis, resurrectio quoque et ascensus ad cœlum.

V. 14. renovasti. τεκοῦσα λόγον θεοῦ κόσμον ἀνεκαίνισας. Jun. 2.

V. 16. Kommt auch in einem Liede des Adam von S. Victor bei Daniel 2, 67 vor. μόνη τέτοκας ὑπερφυῶς. Oct. 7. νόμοι φύσεως ἐν σοὶ καταλύονται. April. 13. τοὺς νόμους λαθοῦσα τῆς φύσεως τῷ θεῷ τόκῳ τὴν παρθενίαν συνήρμισας. Pent. 69. Eine treffliche Stelle hierüber hat *Chrysost.* in ps. 49, c. 3. ὁρᾷς τὴν κτίσιν ἅπασαν ἐπιγνοῦσαν τὸν δεσπότην; ἡ φύσις πρώτη παραχωρεῖ καὶ οὐκ ἀντιλέγει οὐδὲ ἀνθίσταται λέγουσα· „οὐ λύω τὰς ὠδῖνας, οὐκ ἔμαθον ἐκ μήτρας παρθενικῆς παιδίον προσφέρειν, οὐκ οἶδα γάμου χωρὶς μητέρα ποιεῖν“. ἀλλ' ἐξέστη καὶ παρεχώρησε τῶν οἰκείων ὄρων· τὸν γὰρ αὐτῆς ἐπέγνω δεσπότην.

V. 17. virgo paris. σὺ παρθενίαν καὶ τόκον εἰς ἐν συνήψας. Oct. 6.

V. 19. florem. ἀνθηφοροῦσα ἄνθος τὸν Χριστόν. Jan. 28.

V. 30. miserere. παραγία παρθένε, ἡμᾶς ἐλέησον τοὺς προσφεύγοντας πίστει εἰς σὲ τὴν εὐσπλαγχνον. Octoech. 94. παρθένε ἀγνή, ἐλέησον τοὺς δούλους σου καὶ ὄψαι πυρός. Pent. 53. οἴκτειρον τὴν ἀθλίαν ψυχὴν μου. Ibid. 30.

#### 484. De b. v. Maria.

*Ave cælorum regina,  
ave morum disciplina,  
via vitæ, lux divina,  
virgo, mater, filia.*

*Ave mater salvatoris,  
vas virtutum, flos honoris, 10  
medicina peccatoris,  
pia mater domini.*

*Ave templum sanctum dei, 5  
fons salutis, porta spei,  
ad te currunt omnes rei  
plenâ cum fiduciâ.*

*Ave mater Jhesu Christi,  
virgo deum genuisti,  
per virtutem ascendisti 15  
dans salutem homini.*

Ave salus infirmorum  
et solamen miserorum,  
dele sordes peccatorum  
te laudantum, domina.

Ave, per quam salus datur,  
per quam luctus devastatur,  
nobis plausus tribuatur  
inter cœli agmina. amen.

Hs. zu Karlsruhe, o. N., aus S. Blasien, aber 1439 in Rom geschrieben, Bl. 68 (A). Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. f. 120 (B) des 15 Jahrh.

2 vivorum f. mor. A. 3 vita B. 13 mater fehlt B. 20 laudantium B.

V. 5. templum. ἐνδιαίτημα θεοπροπέες. Goar rit. Græc. p. 443.

V. 6. porta spei. Mit Bezug auf die Auferstehung Christi heisst es im Pent. 64. von Maria: ἡ θεία πύλη τοῦ φωτός· ὁ γὰρ δύνας ἐν τάφῳ Ἰησοῦς ἀνέ-  
τειλε λάμψας ἡλίον φαιδρότερον.

V. 7. currunt. οὐδεὶς προσιτρέχων ἐπὶ σοὶ κατησχουμένος ἀπὸ σοῦ ἐκπορεύεται.  
Jul. f. 28.

V. 24. cœli agmina, αἱ ἄνω τάξεις. ib.

Jede Strophe des obigen Liedes fängt mit Ave an, um auf die Antiphone hinzuweisen.

Ein Responsorium auf diese Antiphone steht in einer Hs. des 14 Jahrh. zu Lichtenthal und lautet also:

Ave, regina cœlorum,  
mater regis angelorum,  
o Maria, flos virginum,

velut rosa vel lilium,  
funde preces ad filium  
pro salute fidelium.

Die marianische Antiphone *Ave regina cœlorum* wird in den Vespren von der Complete der Lichtmesse bis zum grünen Donnerstag gesungen.

#### 485. Super *Regina cœli*.

Virgo, mater resurgentis,  
vetustatem nostræ mentis  
clementer evacua,

mundi, cordis et serpentis 5  
mixturam attenua.

Tu fermenti corrumpentis

Veri lumen orientis  
fac nos paschæ permanentis  
obtinere gaudia.

Hs. zu Gratz. 42/51. 13 Jahrh. mit Neumen. Die marianische Antiphone *Regina cœli lætare* mit ihrer schönen Melodie wird von der Complete des Oster-  
samstages bis zum Samstag nach Pfingsten gesungen.

8 paschæ, Hs.

#### 486. De s. Maria.

Resurgenti tuo nato,  
mater, plaude, qui prostrato  
regnat mortis principe;

tuum virgo pone luctum,  
Jesum ventris tui fructum 5  
redivivum suscipe.

Morte prolis cruciata,  
 corde dure sauciata  
 passionis gladio,  
 voce jubilationis  
 jam de resurrectionis  
 jocundare gaudio.

Crucifixum, qui surrexit  
 de sepulchro teque vexit  
 sua in palatia, 15  
 10 nobis placa, supplicamus,  
 a peccatis ut surgamus  
 ad æterna gaudia.

Hs. zu Stuttgart Bl. 20. f. 4. mit der Melodie, 13 Jahrh. und bei Daniel 2, 160 (D). In der Hs. geht diese Strophe voraus:

Ave virgo virginum,  
 dei mater,  
 inter spinas lilium,

pro nobis ora,  
 qui surrexit, filium.

und folgt diese nach:

Dulce jubilantes

alleluja.

Dieser Anfang und Schluss gehört wol nicht zu obigem Liede. Da es in D für die Osterzeit bestimmt ist, so wird darin nur die Freude der Auferstehung gefeiert, das Lied wird also besser zu der Antiphone Regina cœli eingetheilt als zu den Freuden Mariä.

8 diro D.

V. 1—6. Die Beziehung Mariä als Mutter Gottes zur Auferstehung Christi drücken die Griechen so aus: ὁ πιστῆς τοῦ ἄδου τὴν γαστέρα διαθήξας θνητοῖς τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν ἔδωρήσατο. Pent. 63.

#### 487. Super antiphona *Salve regina*.

*Salve* splendor præcipue  
 supernæ claritatis,  
*regina* vincens strennue  
 scelus impietatis,  
*misericordiæ* tuæ  
 munus impende gratis.

*Vita* perennis cælica  
 per te nobis donatur,  
*dulcedo* tua mellica  
 mœrentes consolatur  
*et spes nostra* unica,  
 qua reus reparatur.

*Salve* salvatrix omnium,  
 languentium medicina,  
*ad te*, dei triclinium,

carens peccati spinâ,  
*clamamus*, fer auxilium,  
 nos serva a ruina!

5 *Exules* nos ad patriam  
 reducas, ut fruamur 20  
*fili* iræ, gratiam

per te nunc consequamur,  
*Evæ* matris nequitiam  
 fac, ne experiamur.

10 *Ad te* sacratam virginem, 25  
 insignem matrem dei,  
*suspiramus*, ut turbinem

tollas sevitei,  
*gementes* duc ad cardinem  
 15 cælestis requiei. 30

<i>Et flentes in hac misera vita calamitatis, lacrimarum post aspera diræ gravitatis, valle de hac nos libera et aggrega beatis.</i>		<i>adorat angelorum, benedictum perenniter cum laudibus sanctorum.</i>	60
<i>Eja ergo, conclusio mortis nostræ finalis, advocata, præsidio fac, ne sit gehennalis, nostra tunc fiat mansio cum Christo æternalis.</i>	35	<i>Fructum, cujus fruitio præbet satietatem, ventris profers ex gremio, servans virginitatem; tui fructus perceptio det plenam sanitatem.</i>	65
<i>Illos, quos gestas, porrige nobis sanctos profectus, tuos super nos erige benivolos aspectus, misericordes dirige ad nos semper affectus.</i>	40	<i>Nobis post hoc sic lubricum, fallax, perniciosum exilium, maleficum, nequam, laboriosum, ostende tuum unicum natum deliciosum.</i>	70
<i>Oculos tuos placidos, sole splendiores, ad nos, qui culpæ sordidos amplectimur honores, converte, dans, ut nitidos servemus mentis mores.</i>	45	<i>O clemens et propitia, fel solve vitiorum, o pia, pelle proelia hostilium malorum, o dulcis, duc ad dulcia nos carmina cœlorum.</i>	75
<i>Et cernere feliciter fac nos illum decorum Jesum, quem chorus jugiter</i>	50	<i>Maria, nos mundifica in sordibus jacentes, Maria, nos sanctifica ad te confugientes, Maria, beatifica nos in te confidentes.</i>	80
	55		

Hs. zu S. Peter in Salzburg, IV, 38. 14 Jahrh.

Für den Gesang dieser Antiphone wurden im Mittelalter viele Stiftungen in ganz Teutschland gemacht, weil er sehr beliebt und verbreitet war, darum gibt es auch von diesem Liede viele Bearbeitungen, theils glossirt, theils frei behandelt.

3 regine, Hs. 20. besser wäre: qua, scil. patria fr. 34 fehlt eine Sylbe, vielleicht diræque zu setzen. 67 sit f. sic Hs.

V. 21. filii iræ. Eph. 2, 3. Dazu sagt Hieron.: omnes homines dicimus esse naturâ filios iræ, vel propter corpus humilitatis corpusque mortis, et quod ab adolescentia mens hominum apposita sit ad malitiam. — Alius iræ filios sic vocatos putat, ut filios diaboli. Dies bezieht sich wahrscheinlich auf folgende

Stelle: διπτοί εἰσιν οἱ πατέρες ἡμῶν· πρὶν πιστεῦσαι γὰρ υἱοὶ ἡμεν, φερ' εἰπεῖν, τοῦ διαβόλου (Joh. 8, 44), ὅτε δὲ πεπιστεύκαμεν, γεγονάμεν υἱοὶ θεοῦ. — τῶσαυτάκις ἐκ τοῦ διαβόλου γεγενήμεθα, ὅσακις ἀμαρτάνομεν (1 Joh. 3, 8). ταλαίπωρος οὖν οὗτός ἐστιν, ὃς ἀεὶ γενᾶται ἐκ τοῦ διαβόλου, ὡσπερ πάλιν μακάριος, ὃ ἀεὶ γενώμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. *Origenis hom. 9, 4.*

V. 28. servities. ὁ ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας ληφθεὶς αἰχμάλωτος, ἀφειδῆ καὶ βάρβαρον δέσποιναν κτᾶται. *Chrysost. in ps. 124, 1.*

Eine teutsche Uebersetzung der Antiphone mit theilweisen Reimen steht in der Münchener Hs. Cgm. 716 fol. 204 des 15 Jahrh. mit der Melodie, und lautet also:

O Maria, wir dich grüessen,  
kúnigin der parmhertzichait,  
unser leben, únser hofnung  
du seist grüesset únser süessichait.

An dir wir schreien ellende  
kinder Evæ in dem iamertal,  
zu dir wir seiften chlagunde  
und bainund in diesem záhertal.

Eya darumb seid du pist nun  
dye únser versprecherin,

deine parmherczige augen  
zu úns wende,

Und den hailer Jesum Crist,  
deines leibs gesegente frucht,  
úns erczaig zu trost  
nach dyssem ellende.

O du senfte, o du guetige,  
o du suesse iunckfraw,  
múter Maria.  
alleluja.

#### 488. *Salve regina.*

*Salve mater nostra pia,*  
*virgo dulcis, o Maria,*  
*eduxisti nos de via*  
*mortis et periculi.*

*Dulcedo sua conducat*  
*et ad pacem nos reducat*  
*et de morte nos educat*  
*per sui clementiam.* 20

*Regina hoc effecisti,*  
*nos de morte redemisti,*  
*quando Christum concepisti*  
*salvatorem omnium.*

5 *Spes, quam fide reportamus,*  
*supplicantes te rogamus,*  
*ut defendas, ne ruamus*  
*in mortis periculo.*

*Misericordiae planta,*  
*salus venit ex te tanta,*  
*exprimi non potest quanta*  
*nec in mente concipi.*

10 *Nostra salus et benigna,* 25  
*omni laude certe digna,*  
*peccatores nos resigna*  
*ante tuum filium.*

*Vitæ nobis lumen dona,*  
*ut possimus mente prona,*  
*quæ dedisti nobis dona,*  
*fideliter noscere.*

15 *Salve cœlitus creata,*  
*per quam salus est parata,* 30  
*porta cœli reserata,*  
*clausa peccatoribus.*

*Ad te, dulcis, nos speramus,  
confidenter preces damus,  
ut a te non discedamus,  
quando mors advenerit.*

35

*Clamamus ad te fidenter,  
nostris precibus clementer  
aurem præbe diligenter,  
ut simus in gloria.*

40

*Exules sumus in mundo,  
maris stamus in redundo,  
nos extolle de profundo  
lacûs et miserïæ.*

*Filii nos sumus tui,  
dona nobis digne frui  
de Jhesu et regno sui  
per misericordiam.*

45

*Evæ nomen maledixit,  
per te nobis lux refulsit,  
Christus nobis benedixit  
ventris tui gremio.*

50

*Ad te clamant omnes gentes,  
fac, ut sint proficientes  
et exclara cunctas mentes  
in te confidentium.*

55

*Suspiramus et instanter  
credimus indubitanter,  
quod nobis tu des lætanter  
tui nati gratiam.*

60

*Gementes sumus turbati  
passione tui nati,  
fac, ut simus inflammati  
et amore proximi.*

*Flentes sumus cum dolore  
pro peccatis cum rubore  
vivimusque cum sudore  
in nostra miseria.*

65

*In hac vita dum vivemus,  
ut non mala reportemus,  
fac, ut tecum semper stemus  
et cum tuo filio.*

70

*Lacrimarum sumus pleni,  
regni dulcis et amœni,  
o rex bone, precor, veni,  
da nobis lætitiã.*

75

*Valle sumus circumdati  
propter nebulam peccati,  
fac, ut simus inflammati  
claritatis munere.*

80

*Eja ergo, mater poli,  
nos commenda tuæ proli,  
ne errores sive doli  
nos supplantent hostium.*

*Advocata nostra semper  
nobis sis indiffidenter,  
ut portemus reverenter  
passionem domini.*

85

*Illos, qui te amant, rege  
et ab omni malo tege,  
ut assistant coram rege  
sempiternæ gloriæ.*

90

*Tuos servos nos governa  
et in pace nos conserva,  
absit a nobis proterva  
dæmoniorum rabies.*

95

*Misericordes fac ut simus,  
ut servire nos possimus  
creatori, quem nescimus  
amare, sicut convenit.*

100

*Oculos jam fide dignos,  
misericordes et benignos,  
tu nobis ostende dignos  
omni reverentia.*



- Ad nos, benigna mater dei,* 5 *commutatur in suave*  
*licet mortis simus rei,* *divinâ providentiâ.* 40  
*inclina te et bonæ spei*  
*da perseverantiam.*
- Converte, pravæ ut mentes*  
*de peccatis sint dolentes* 10 *Ostende viam virtutum,*  
*et veniam deprecantes* *tuis dignis laudibus.*  
*a misericordia.*
- Jhesum nostrum redemptorem*  
*redde nobis amatorem,* 15 *O clemens, o clara mater,* 45  
*aufer a nobis dolorem* *non sufficit nihil quater*  
*inferni miseræ.* *te laudare meritis.*
- Benedictam sit, o Christe,*  
*nomen tuum, crucifixe,*  
*peccatoribus assiste,*  
*ut peccatis caveant.* 20 *O pia fons pietatis,*  
*o dulcedo claritatis,* 50  
*tu nos redemisti gratis*  
*a morte perpetua.*
- Fructum tuum Jhesum Christum,*  
*culpâ nostrâ crucifixum,*  
*placa nobis semper ipsum*  
*tuis rogamibus.* 25 *O dulcis nostræ salutis*  
*recuperatrix virtutis,* 55  
*dona pacem constitutis*  
*in mundi naufragio.*
- Ventris tui generosi,* 25 *Maria, tu stella maris,*  
*concepti miraculosi,* *super omnes ordinaris,*  
*germinisque pretiosi* *dulce certe veneraris*  
*fructum fide credimus.* *angelorum cœtibus.* 60
- Nobis ergo, gloriosa*  
*virgo, sine spina rosa,* 30 *Virgo, flos virginitatis,*  
*præbe nobis virtuosa* *splendor veræ caritatis,*  
*munera suscipere.* *ante thronum majestatis*  
*recommenda supplices.*
- Post hoc naufragum peccati*  
*per te simus reparati,*  
*deo reconciliati* 35 *In extrema mortis hora,* 65  
*ad habendam gratiam.* *benedicta mater, ora,*  
*ut possimus sine mora*  
*transire ad requiem.*
- Exilium erat grave,*  
*quando dictum fuit „ave“,* 170 *Quod nobis dare dignetur,*  
*per quem mundus renovetur,*  
*qui regnat et miseretur*  
*in sæculorum sæcula.*

Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. f. 88. des 15 Jahrh.

13 vita, Hs. 17 nos cond., Hs. 23 erramus, Hs., man mag auch cadamus oder curramus setzen und 24 periculum. 50 refulxit, Hs. 59 locanter, Hs. 62 passionis, Hs. 83 sine, Hs. 106 morte, Hs. 109 pravus, Hs. 146 o f. et, Hs. 147 ist verdorben.

V. 6. redemisti, ein elliptischer Ausdruck, s. No. 322, 21.

V. 10—12. τὰ σὰ πάντα, πάνταγενε, λόγον νικᾷ τὸν ἀνθρώπινον. *Pent.* 21. οὐ λόγος, οὐ νοῦς, οὐδὲ γλῶττα τὸν σὸν ἐξισχύουσι τοκετὸν εὐφημῆσαι. *Ibid.* 22. S. No. 481, 41.

V. 31. 32. Die Menäen Oct. 7. drücken diesen Gedanken so aus: ἡμοφραία, τὰς πύλας τῆς ἐδέμ ἢ φυλάττουσα, παραχωρεῖ νῦν τοῖς πιστοῖς.

V. 43. 44. ἀμαρτίας τὰ βάραθρα. *Triodion* K, 4. ἐξελοῦ με τὸν ἐμπεσόντα εἰς βόθρον ἀτόπων πράξεων. *Ib.* M, 2. S. No. 491, 35.

V. 46—48. ὅπου δὲ ἔλεος, καὶ λύτρωσις· καὶ οὐχ ἀπλῶς λύτρωσις, ἀλλὰ καὶ πολλὴ καὶ φιλανθρωπίας ἀπέiron πέλαγος. *Chrysost.* in ps. 129, fin.

V. 68. miseria. οὐ κωλύει (θεὸς) τὰς θλίψεις ἐπελθεῖν, ἀλλὰ παραγενομένων παρίσταται, χρησίμους ἡμᾶς ἐργαζόμενος καὶ δοκίμους. *Chrysost.* in ps. 45, 1.

V. 73. καθάπερ τὰ σπέρματα ὑετῶν δέεται, οὕτως ἡμεῖς δακρῶν. *Chrysost.* in ps. 124, 2.

V. 106. mortis rei. Mors hominis ex poena peccati est, unde et ipsa peccatum dicitur (Rom. 5, 12). *Augustin.* cont. Faust. 14, 3.

V. 142 kommt auch in der Sequenz Ave maris stella vor.

Ein grosses Glossenlied über das Salve regina steht auch in der Hs. von S. Peter zu Salzburg S, 282 des 15 Jahrh., worin fast jedes Wort der Antiphone mit einer Strophe wie die folgende glossirt ist:

Salve virgo virginum,	consolatrix hominum,
stella matutina,	qui sunt in ruina,
sordidorum criminum	precibus precantium,
vera medicina,	mater, te inclina.

Eine zweite Abschrift steht in der Hs. daselbst VI, 3 des 15 Jahrh.

### 489. Super *Salve regina*.

<i>Salve nobilis regina,</i>		favus mellis, suavis medo,	
fons misericordiae,		cujus dulcor afficit,	
ægris vitæ medicina,		gratiæ me tuæ dedo,	
lapis vena veniæ;		cujus odor reficit,	
sitibundis nunc propina	5	nam te matrem dei credo,	15
nectar indulgentiæ,		cujus amor perficit.	
et quos culpæ pungit spina,		<i>Et spes nostra specialis,</i>	
medicamen gratiæ.		salve decus virginum,	
Vere vitæ tu dulcedo,		cujus alvus virginalis	
cujus sapor proficit,	10	fert salutem hominum;	20

imperatrix æternalis supernorum agminum, ut nos eruat a malis, deprecare dominum.		et peccati tolle sordes animorum stimulos, tu conserva mundicordes puritatis æmulos, vera pace fac concordēs	55
<i>Ad te matrem en clamamus</i>	25	cunctos Christi populos.	
<i>exules et filii</i>			
<i>Evæ, ad te suspiramus</i> accolæ exilii, te symmistam flagitamus divini consilii,	30	<i>Christum Jesum benedictum</i> <i>fructum tui uteri,</i> animarum dulcem victum, quo pascuntur superi,	60
per te fructum sentiamus cœlestis auxilii.		cruce tulit qui delictum microcosmi miseri, triumphando maledictum principatum inferi.	
<i>In hac valle lacrimarum</i> nos gementes dirige, in abyssum offensarum lapsos flentes erige,	35	Tu benigna hunc ostende <i>nobis post exilium,</i> audi preces et intende gemitus humilium,	65
a reatuque pœnarum nos clementer corrige, et a lacu tenebrarum trahens manum porrige.	40	diligentes te defende, firma spes fidelium,	70
<i>Eja ergo advocata</i> <i>nostra,</i> mitis omnibus, iram dei prece grata placa pœnitentibus,	45	Vere clemens, vere pia, vere virgo regia, cui laudis harmonia	75
dominatrix sublimata, præpotens virtutibus, in patronam nobis data salva nos ab hostibus.		personat in patria, nos gubernans in hac via tua per præsidia transfer <i>dulcis o Maria</i>	
<i>Tuos tam misericordes</i> <i>ad nos verte oculos</i>	50	in æterna gaudia.	80

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 120 (A). Hs. zu München Clm. 3012. f. 40. 15 Jahrh. (B). Das Lied kann der Behandlung nach von dem Prior Konrat von Gaming seyn, denn es steht in der Hs. seiner Gedichte.

Eine andere Umschreibung von Bonaventura steht in seinen Werken tom. 13, 350, und ein teutsches Glossenlied über das Salve regina in A. Keller's altteutsch. Gedichten. Tübingen 1846. S. 245. Es wurde auch provenzalisch glossirt. Abhandl. der Berliner Acad. v. Jahr 1842. S. 400.

13 tuæ me A. 29 summi sancta B, summistam A. 41 virgo f. ergo B.

50 converte B, nach dem Text der Antiphone. 53 et conserva misericordes A. 56 cunctosque B. 65 benignum B. 68 gemitum A.

V. 1. regina misericordiæ, *συμπαθῆς δέσποινα*. Aug. 20.

V. 3. 8. medicina, medicamen. Damit verbinden die Menäen den Begriff Schatz in dieser Weise: *σὲ γινώσκω ἰαμάτων θησαυρὸν ἀσύλληπτον καὶ ἀδαπάνητον*. Nov. 13.

V. 5. 6. als Gegensatz zur Eva, von welcher *Gregor. M. moral. 12, 37.* sagt: *Primam injustitiam viro mulier propinavit in paradiso.*

V. 23. *ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν*. *Euchol. 198.*

V. 35. abyssus offensarum, *βυθὸς ἀμαρτημάτων*. Men. Jul. Bl. 3. *βυθὸς τῶν πταισμάτων*. ib. 25. *ἄβυσσος ἀμαρτιῶν*. 1 Maji.

V. 68 gemitum, *ἀμαρτωλῶν στεναγμὸν μὴ παρορῶσα*. Jul. 24.

V. 70. spes fidelium, *ἐλπίς τῶν πιστῶν*, oft in den Menäen.

V. 71. 72. *ἔστι τις ἡμέρα τοῦ Θεοῦ, τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τῶν ἁγίων ἐπιθυμησάτω ἕκαστος ἡμῶν*. *Origenis homil. 17, 6.*

Das Salve regina wurde auch für andere h. Jungfrauen zu Glossenliedern gebraucht, z. B. auf die h. Agatha in dem Hortulus animæ, Lyon 1516. Bl. 133. mit diesem Anfang:

*Salve sancta Agatha,  
virgo et martyr inclyta, etc.*

*ad te clamamus in angustiis constituti,  
ad te suspiramus etc.*

#### 490. De b. v. solemnis antiphona.

<i>Salve mundi domina, regina cælorum, sanctorum lætitia, vita beatorum.</i>		<i>nobis ut sis adjutrix in valle laboris.</i>	15
<i>Dulcedo munditiæ, decus angelorum, reparatrix gratiæ, spes desperatorum.</i>	5	<i>Tu pietatis oculos super nos inclina, peccatorum loculos solvere festina.</i>	20
<i>Ad te clamant filii matris Evæ flentes, mater veri lili respice gementes.</i>	10	<i>Nobis monstra præmium, fructum ventris tui benedictum filium, ut possimus frui</i>	
<i>Suspiramus, genitrix, ad te salvatoris,</i>		<i>Cum æterno domino, o clemens, o pia, absque ullo termino, o dulcis Maria!</i>	25

In ähnlicher Art wie dieses Lied ist folgende italiänische Bearbeitung behandelt.

*La Salve regina.*

Dio ti salvi, regina,  
e madre universale,  
per cui favor si sale  
al paradiso.

Voi siete gioja e riso  
di tutti i consolati,  
di tutti i tribolati  
unica speme.

A voi sospira e geme  
il nostro afflitto core  
in un mar di dolore  
ed amarezza.

Maria, mar di dolcezza,  
i vostr' occhi pietosi,

materni ed amorosi  
a noi volgete.

Noi miseri accogliete  
nel vostro santo velo,  
e'l vostro figlio in cielo  
a noi mostrate.

Gradite ed ascoltate,  
o vergine Maria,  
dolce, clemente e pia,  
gli affetti nostri.

Voi de' nemici nostri  
a noi date vittoria,  
di poi l'eterna gloria  
in paradiso.

Aus dem Esercizio del Cristiano. Milano. p. 72.

Dieser Bearbeitung füge ich den Anfang einer teutschen bei aus der Münchener Hs. Cgm. 827. des 15 Jahrh.

Gegrust seistu kunigin,  
pit wur uns den sune dein  
in hymel und in erden,  
das wir selig mussent werden.

Du motter der parmherzikeit,  
durch dein grosse miltikeit,

du junkfrauwe aller gutte,  
uns arme sunder behutte.

Du bist des lebens sussichaeit,  
von diner barmherzikeit  
an tode unde an leben  
wart uns aller trost gegeben. etc.

491. De b. Maria v.

*Salve regina* gloriae,  
Maria stella maris,  
solem paris justitiæ,  
quæ lunæ compararis.

*Vitæ dulcedo*, gratiæ,  
fons aquæ salutaris,  
*mater misericordiæ*,  
tu portus appellaris,

Summi regis palatium,  
thronus imperatoris, 10  
sponsi reclinatorium,  
tu sponsa creatoris.

5 O pauperum refugium,  
remedium languoris,  
dignum dei sacrarium, 15  
vas æterni splendoris.



V. 17. φείσασθαι ἡμῶν ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως. Sept. 6.

V. 27—30. ἀμελούμενα μείζονα γίνεται τῶν ἀμαρτημάτων τὰ τραύματα, — καὶ θάνατον τίκει τὸν ἀθάνατον. *Chrysost.* in ps. 6, 6.

### 493. Super *Salve regina.*

Salve virgo virginum, salve lumen luminum, vale dulce lilium, dulce dans consilium, ave salus hominum!	5	Christum dominum, ne damnemur in opprobrium. 15
Mater Christi peperisti regem omnium: gaude pura spes futura desperantium; tu in hora mortis ora	10	Speciosa pretiosa dux errantium, generosa, gloriosa 20 vox lætantium sis in hac valle te laudantium.
	10	Consolatrix et gaudium apud patrem et filium, o clemens, o pia, 25 o dulcis Maria!

Hs. zu Bamberg Ed. IV, 6. des 14 Jahrh. mit der Melodie. Von einem französischen Dichter. Die Verse 1—15 und 16—26 sind als zwei besondere Tropi mit der Melodie in der Münchener Hs. Clm. 5539. f. 78. 79. des 14 Jahrh. enthalten. Beide Hss. sind gleichlautend.

Da diese Antiphonen kurze Lieder sind, so wurden sie auch zu Tropen verwendet, welche theils einzelne Worte und Sätze der Antiphonen beibehielten, theils auch dieselben frei behandelten, so dass man sie für eigene Lieder halten kann. Sie sind den griechischen Antiphonen, die aus einzelnen Strophen bestehen, ähnlich, weshalb ich zur Vergleichung einige hersetze.

Aus derselben Münchener Hs. f. 75. mit der Melodie:

Salve mater salutifera, claritatis speculum, tu cordis oculum nostri considera;	peccatorum sana vulnera, virgo, salva sæculum, a morte populum æterna libera.
--	--

Aus der Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 4. des 13 Jahrh.

O consolatrix pauperum; Maria, tuis precibus auge tuorum munerum (l. numerum) in caritate Christi,	quos tu de mortis manibus per filium humillimum, mater eripuisti.
---	---

## 494. De b. v. Maria.

Virgo, mater ecclesiae,  
 æterna porta gloriæ,  
 exaudi preces omnium  
 ad te pie clamantium,  
*o clemens!*

Gloriosa dei mater,  
 cujus natus est ac pater, 10  
 ora pro nobis omnibus,  
 qui memoriam agimus,  
*o dulcis virgo Maria!*

Virgo *clemens*, virgo *pia*, 5  
 virgo *dulcis*, *o Maria*,  
 esto nobis refugium  
 apud patrem et filium,  
*o pia!*

[Funde preces tuo nato  
 Jhesu Christo, vulnerato  
 pro nobis et flagellato, 15  
 spinis puncto, felle potato.]

Hs. zu Karlsruhe o. No. des 15 Jahrh. mit der Melodie. Die vier letzten Verse gehören schwerlich dazu, denn ihr Strophenmass und ihre Einrichtung weicht von den andern ab.

495. Versus super *Salve regina*.

Virgo *clemens*, mater *pia*,  
 audi preces, *o Maria*,  
 pie te colentium,  
*O clemens!*

placa nobis filium.  
*O pia!*

Gloriosa mater dei,  
 vita, spes et salus rei,

5

Eja *dulcis* mater Christi,  
 frui da, quem genuisti,  
 nos post hoc exilium.  
*O dulcis mater!*

Hs. zu München, Clm. 5539. f. 67. mit der Melodie, 14—15 Jahrh. In der Behandlung dem vorigen Liede sehr ähnlich.

Ich setze noch eine altfranzösische Bearbeitung her, die frei behandelt ist und der Antiphone im Allgemeinen folgt. Zum leichtern Verständniss habe ich die nöthigsten Apostrophen und Accente beigefügt.

Royne, qui fustes mise  
 et assise  
 lassus ou throsne divin,  
 devant vous en ceste eglise,  
 sans faintise,  
 suis venue a ce matin,

5

comme vostre pelerin,  
 chief enclin  
 humblement je vous presente  
 mon ame et mon corps afin, 10  
 qu'a ma fin  
 vous vuilliés estre presente.



Vierge douce debonnaire,  
 exemplaire  
 de parfaite charité,  
 15 vers vous ie me vien retraire,  
 car soustraire  
 vuilez mon corps de vanité.  
 hélas vierge! i'ay esté  
 20 maint esté  
 et mains jours sanz nulz bienfaire;  
 l'annemy m'a inhorté  
 et tempté  
 pour moy en enfer attraire.

J'ay fait folies plusours  
 25 en mains jours  
 et ay employé mon temps  
 en complaints et en plours  
 de doulours,  
 30 comme font ces folz amans;  
 vierge, j'en suis repentans,  
 tres dolans,  
 pour ce vous offre mon lay  
 en priant, que confortant  
 et aidant  
 35 me soyés, quant je morray.

Tres souverainne princesse,  
 je confesse,  
 que dès que j'ay congnoissance,  
 40 j'ay en suy fole jeunesse  
 par simplesse  
 et toute vaine plaisance;  
 bien doy en bonne esperance,  
 sans doubtance,  
 45 requerir vostre confort,  
 que j'aye de repentance  
 habundance,  
 avant que je soye mort.

Je suis des malvais le pire,  
 pour bref dire,  
 50 car tout mon entendement  
 a pechier et a mal dire  
 et s'empire  
 de jour en jour grandement.  
 quant ie y pense fermement,  
 55 vrayement  
 je ne scay mais que je face,  
 se non de plorer souvent

humblement  
 60 devant vostre douce face.

D'orgueil ne me excuse mie  
 ne d'envie,  
 d'avarice ne de luxure  
 non fais je de gloutonnie,  
 65 don soulye  
 est mon ame oultre mesure,  
 par ire j'ay fait maint injure  
 laide et dure,  
 fors a vous, vierge Marie,  
 70 de qui Jhesu Christ nasqui,  
 veès moy cy,  
 certes digne ne suis mie,  
 que vostre filz, quant je le prie  
 ou supplie,  
 75 daigne en riens entendre a my,  
 tant est honteuse ma vie  
 et ordie  
 du vouloir de l'annemy.

O fontainne de liesse,  
 80 sainte adresse  
 a tout cuer triste et doulant!  
 o des anges la princesse  
 et maitresse  
 et mere du tout puissant!  
 o virginité luisant,  
 85 florissant,  
 la non paraille haultesse!  
 priés, en moy confortant,  
 vostre enfant,  
 que sa gloire m'alesse.  
 90

Glorieuse vierge, dame  
 sans nul blame,  
 a vous doit on requerir,  
 pour saulver et corps et ame  
 de la flame,  
 95 que nous devons tous cremir.  
 chascun doit avoir desir  
 de venir  
 vers vous, glorieuse et belle,  
 car tout bien et tout plaisir  
 100 puet santir,  
 qui de vray cuer vous appelle.

Tres precieuse fontainne,  
 clere et saine,

et vray estoille de mer,  
 esperance tres certaine,  
 d'amour plainne,  
 pour pecheurs reconforter;  
 ou me pourray je porter  
 ne saulver,  
 quant dieu jugier me vouldra,  
 qui me pourra conforter  
 ne assurer,  
 vierge, quant ce jour viendra?

Marie, vierge amoureuse,  
 precieuse  
 et la plus humble qui soit,  
 la plus plaisant, savoreuse,

105 vertueuse,  
 que plus dire on ne pourroit, 20  
 mon cuer tant de bien receoit,  
 quant vous voit,  
 ma maistresse gracieuse,  
 10 que demander n'oseroit  
 ne pourroit 25  
 journee plus heureuse.

Helas vierge, que feront  
 et diront  
 15 a ce jour espouvantable!  
 m'ame es sains cieul metés 130  
 et saulvés  
 en la gloire pardurable. amen.

Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 81. 15 Jahrh. Die letzte Strophe hat nur halb so viel Verse wie die andern, es fehlt aber nichts, da die französischen Lieder manchmal mit abgekürzten Strophen schliessen. Im V. 109 steht bonte für porter. Ein anderes altfranzösisches Marienlied steht in A. Keller's Romvart S. 312, daraus auch in E. Mätzner's altfranzös. Liedern, S. 262 fig. nebst andern Nachweisen.

#### 496. Super *Ave maris stella*.

*Ave maris stella,*  
 in qua digna cella  
 deus incarnatur.

*Gabrielis ore*  
 et superno rore  
 tu es fecundata.

*Dei mater alma,*  
 quæ sursum ut palma  
 juste exaltatur.

5 *Funda nos in pace,*  
 servans a fornace 20  
 et a miseria.

*Atque semper virgo,*  
 salutis origo,  
 pacis initium.

*Mutans nomen Evæ*  
 ne facias breve,  
 o dulcis Maria!

*Felix cæli porta,*  
 nos semper supporta  
 per patrocinium.

10 *Solve vincla reis*  
 et ostende eis 25  
 fructum ventris tui.

*Sumens illud ave,*  
 tanquam procul a væ,  
 sic es salutata,

15 *Profer lumen cæcis*  
 et a morsu necis  
 eruantur tui. 30

<i>Mala nostra pelle</i> hostemque repelle a te laudantibus.		<i>Mites fac et castos,</i> alimento pastos pane angelorum.	60
<i>Bona cuncta posce</i> nobisque ignosce sæpe peccantibus.	35	<i>Vitam præsta puram,</i> da mentem securam in perfectione;	
<i>Monstra te esse matrem</i> apud summum patrem interveniendo.		<i>Iter para tutum</i> et ostende scutum in protectione;	65
<i>Sumat per te precem,</i> qui destruxit necem pie moriendo.	40	<i>Ut videntes Jesum</i> ad æternum esum in cœlesti curia	
<i>Qui pro nobis natus</i> fuit et est datus, ad modum parvuli	45	<i>Semper collætetur,</i> tecum delectetur, o virgo regia.	70
<i>Tulit esse tuus,</i> rex est perpetuus futuri sæculi.		<i>Sit laus deo patri</i> atque ejus matri ob ejus honorem;	75
<i>Virgo singularis,</i> modo gratularis in curia poli:	50	<i>Summo Christo decus,</i> qui nostrum dedecus mutet in decorem.	
<i>Inter omnes mitis,</i> fructificans vitis, nos commenda proli.		<i>Spiritui sancto</i> honor sit pro tanto, quia vivificavit;	80
<i>Nos culpis solutos,</i> malis involutos, regina cœlorum,	55	<i>Tribus honor unus,</i> nobis detur munus, quod beatificavit. amen.	

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 110. (R). Das Cursivgedruckte ist roth unterstrichen, es enthält nämlich den Text der Sequenz Ave maris stella, worüber dieses Glossenlied gemacht ist. Den Text fand ich auch in einer französischen Hs. der Tagzeiten des 15 Jahrh. (F) im Privatbesitz. Die Sequenz steht bei *Daniel* thes. 1, 204. (D), der sie in das 6 bis 9 Jahrhundert setzt, die aber nicht so alt ist, da sie mehreres aus der Antiphone Alma redemptoris mater entlehnt hat. Sie steht auch bei *Daniel* 2, 318, wo zu verbessern ist, dass im V. 3 ein Punkt nach populo gehört, wodurch der richtige Sinn hergestellt wird.

19 fecunda R. 20 nos a R. 23 faciens R. 40 preces F. 51 proli R. 70 collocebur R. 71 dilectemur R. 82 honor trinus et unus D, nicht gut, trinus h. F.

V. 1. maris stella. Ist auch in die irische Dichtung übergegangen, réult na mara, Stern des Meeres.

V. 10. Cœli porta, πύλη οὐράνιος, oft in den Troparien. Magna bibl. patr. 12, 352. πύλη τοῦ φωτός. Aug. 24.

V. 22. ἡ τῆς προμήτορος ἀνάκλησις heisst Maria auch in den Menäen Oct. 17., was nur genügend aus dem lateinischen *ave* erklärt werden kann.

V. 22. 23. D. h. du hast den Namen *Eva* in *ave* verändert, kürze aber *Eva* nicht in *væ* (Weh) ab, d. i. hilf uns aus den Sünden, damit die Erlösung uns nicht zum Verderben gereiche. S. No. 497, 15.

Eine wörtliche teutsche Uebersetzung der Sequenz aus dem 12 Jahrh. steht bei *Kehren* Kirchenlieder S. 49. Eine niederländische in einer Hs. zu Venedig, Codd. Ital. cl. I. cod. 35 des 15 Jahrh., die ich hier mittheile. Sie ist in Prosa, bezeichnet aber hie und da die Halbstrophen mit Punkten und beobachtet meist die Betonung des Originals.

### Ave maris stella.

Ghegruet sijstu sterre des meers,  
hoge gods moeder  
ende altoes maget,  
salighe hemelsche poorte.

Du naemste dat *ave*  
van Gabriels monde.  
veste ons in vreden,  
die den name *Eva* ommerkeerste.

Ontbinde die bande der sculdigher,  
brenge voert dat licht den blinden,  
drive wech onse quade  
ende eysche ons alle goet.

Bewise dat du biste een moeder,  
hi neme overmits di dat ghebet,

die om ons dijn kint  
wesen woude.

Sonderlinghe maghet,  
onder allen sachtmoedich,  
make ons van sculden ontbonden  
sachtmoedich ende kusch.

Verleen een puer leven,  
make den wech seker,  
op dat wi Jhesum siende  
altoes mitti verbliden.

Lof si gode den vader,  
den oversten Cristo waerdicheit,  
den heilighen gheest  
eer drieboudich ende een.

Eine griechische Uebersetzung dieses Liedes steht in *Gretseri* opp. tom. 16, 26.

### 497. Super eadem sequentia.

*Ave maris stella*  
nostrum cor irradiat.

*Dei mater alma,*  
ipsum nobis placat,

*Atque semper virgo*  
tuo stringe jugo.

*Felix cœli porta,*  
illic nos adoptat.

<i>Sumens illud ave,</i> jocundum et suave,	10	<i>Qui pro nobis natus,</i> pellendo reatus,	30
<i>Gabrielis ore,</i> cum summo honore,		<i>Tulit esse tuus,</i> semper manens deus.	
<i>Funda nos in pace</i> tua sancta prece,		<i>Virgo singularis,</i> mater salvatoris,	
<i>Mutans nomen Evæ,</i> ut dicamus ave.	15	<i>Inter omnes mitis,</i> fructuosa vitis,	35
<i>Solve vincla reis,</i> culpas laxans eis,		<i>Nos culpis solutos,</i> tua prece ductos	
<i>Profer lumen cæcis,</i> mater veræ lucis,	20	<i>Mites fac et castos</i> tibi que devotos.	40
<i>Mala nostra pelle,</i> omni carens felle,		<i>Vitam para puram,</i> deo placituram,	
<i>Bona cuncta posce,</i> delictis ignosce.		<i>Iter para tutum,</i> rectum, impollutum,	
<i>Monstra te esse matrem,</i> placa deum patrem,	25	<i>Ut videntes Jesum</i> placatumque læsum	45
<i>Sumat per te precem,</i> ut auferat necem		<i>Semper collætetur,</i> ipsum veneremur.	

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 110.

8 besser adporta. 46 lætum, Hs.

V. 2. Nov. 12. τὴν σκοτισθεῖσαν ψυχὴν μου τῷ φωτὶ τῷ σῶ καταύγησον,  
ἢ τὸ φῶς Χριστὸν τεκοῦσα.

V. 15. In den teutschen theologischen Schriften des Mittelalters wurde dieser Gedanken auch angeführt, obgleich er nur für die lateinische Sprache passt, weil die Worte Ave Maria jederman bekannt waren. Ich setze ein Beispiel her aus der Hs. zu Mainz, Karth. No. 579. Bl. 88 des 15 Jahrh., wo es heisst: do sie der engel gruszte, do kart er den namen umb, den Eva hatte, und nante sie ave, wan alles we, daz Eva verdienet hatte, daz wart in Marien in freude gewandelt.

Dieses Wortspiel ist alt, es hängt zusammen mit der Bedeutung, die man den Buchstaben des Namens Adam gab (No. 137, 47), was man in ähnlicher Art auch mit dem Namen Maria versuchte, wie folgende Stelle in der Mainzer Hs. Karth. No. 418, f. 222 (vom Jahr 1420) beweist: Maria etymologizatur mediatrix, auxiliatrix, reparatrix, imperatrix, amatrix. Alle diese Namen hat sie auch in den Liedern, wenngleich nicht überall in dieser Folge, in welcher die Anlaute den Namen *Maria* bilden. In anderer Weise hat man aus den An-

lauten der Namen und Eigenschaften Christi das Wort *ἰχθύς* gebildet, No. 383, 15 und *Optat. Milevit.* 1. 3. in der Max. Biblioth. patr. 4, 352., daher schon *Tertullian.* de bapt. 1 sagt: nos pisciculi secundum *ἰχθύν* nostrum Jesum Christum in aqua nascimur.

V. 17. ἤξιον τὰς σειρὰς τὰς τῶν ἀμαρτημάτων. *Goar rit. Græc.* p. 405. σειρὰς τῶν πταισμάτων μου διάλυσον μεσιτεία σου. Aug. 26.

V. 33. So nennt sie auch *Anselm. Cant. orat.* 49.

#### 498. Oratio super *Ave maris stella.*

<i>Ave maris stella,</i>		semper in scripturis,	
veri dei cella,		cunctis creaturis	30
gratiarum mella		præfert in figuris	
dans cœlestis ros:		te divina lex.	
maris felix portus,	5	virgo virga floris,	
voluptatis hortus,		cujus haustu roris	
in quo est exortus		gustuque dulcoris	35
deitatis flos.		vivit cœli grex.	
stella tu serena,			
solis luce plena,	10	<i>Felix cœli porta,</i>	
dulcis et amœna		in qua pax est orta,	
tu sanctorum dos.		illuc nos reporta,	
		ubi semper es.	40
<i>Dei mater alma,</i>		cœli sidus carum	
tu virtutum palma,		instar solis clarum,	
cœli ad agalma	15	splendor animarum	
esto nobis dux:		peccatorum spes,	
mater orphanorum,		porta supernorum,	45
salus miserorum,		in qua sibi thorum	
fac, ne nos reorum		fecit rex cœlorum	
hostis lædat trux.	20	electorum pres.	
alma virgo parens,			
pare semper carens,		<i>Sumens illud „ave“,</i>	
clare semper clarens		verbum tam suave,	50
angelorum lux,		tu Christi conclave	
		electorum pars:	
<i>Atque semper virgo,</i>	25	illud verbum datum	
mater sine viro,		et a patre natum	
virum more miro		a te generatum,	55
paris, qui est rex.		o sublimis ars!	

ave virgo parens,  
omni nævo carens,  
cujus inflet arens  
gehennalis Mars.

*Gabrielis ore*

audis cum tremore,  
matrem Christi fore  
te, quod datur tunc;  
ore benedicto  
solvas a delicto  
nos, reddens invicto  
regi regum nunc.

ore Gabrielis  
credens tu fidelis  
filium de cœlis  
ex hoc gignis hunc.

*Funda nos in pace,*  
nec pro nobis tace,  
sed accensa face  
roget tua mens.  
nos duc, dulcis, dia,  
ubi tecum pia  
in ævum, Maria,  
gaudet tua gens.  
in pace cum rege  
gaudes nova lege,  
sta pro tuo grege,  
sic te rogo flens.

*Mutans nomen Evæ,*  
confer onus leve,  
ne culpæ primævæ  
nos corrumpat fel.  
nomen amorousum  
habes et famosum,  
spiritum favosum,  
tu cœleste mel.

Evæ transfer fletum  
in arrisum lætum,  
sic intremus cœtum,  
ubi manet el.

*Solve vincla reis,*  
pacem donans eis  
et a culpis meis,  
60 virgo, munda me; 100

vincla peccatorum,  
nexus delictorum  
rumpe, ne malorum  
nos involvat væ:  
65 reis spem salutis 105  
et opem virtutis  
confer destitutis,  
obsecramus te.

*Profer lumen cæcis,*  
70 umbram fuga necis, 110  
sume, virgo, precis  
devotorum thus:

lumen spiritale,  
supernaturale  
75 præbe, ne lethale 115  
nos corrumpat pus.  
cæcis et orbatis  
visu veritatis  
redde cum beatis  
80 veræ lucis jus. 120

*Mala nostra pelle,*  
posce nosse velle,  
a peccati felle  
serva Christi lar.

85 nostra gubernatrix 125  
sis et defensatrix,  
cœli dominatrix,  
cui nemo par.  
pelle voluptatem  
90 et inanitatem, 130  
veram ubertatem  
da cœleste far.

*Bona cuncta posce*  
nobis et ignosce  
95 nosque recognosce 135  
cum pro tuis stas;

cunctaque profana vulnera mundana mentis nostræ sana medicinæ vas.	140	natus ex te, dia, dulcis o Maria, te in hierarchia dextro locat ir.	180
posce, quod amamus, dona, quod speramus, age, quod agamus nichil extra fas.		<i>Tulit mortem crucis</i> auctor veræ lucis, flos in virga nucis dedit nobis spem	
<i>Monstra te esse matrem,</i> placa deum patrem, qui se nobis fratrem ex te fecit hîc: te esse Mariam, summam cœli diam credimusque piam in æternum sic. matrem Christi dei, te rogamus rei, da salutem spei, da spem nobis, dic.	145	esse deum amen, patrem, natum, flamen, unum reor tamen, sancti laudant quem. tuus natus deus	185
	150	omnium et meus Jhesus Nazaræus cunctam fecit rem.	190
	155	<i>Virgo singularis,</i> stella prædicaris fluctuantis maris, candens plus quam nix. singularis vita nobis in te sita, in cœlo nos dita, ne nos premat Styx.	195
<i>Sumat per te precem,</i> qui pro nobis necem tulit, tunc in facem ruit hostis fraus: per te renovemur, in te gloriemur, a te coronemur, angelorum laus. precem nostram tibi damus atque sibi, qui dat panem ibi suis in Emaus.	160	singularis virgo, parens sine viro, loca nos in pyrgo, quo it justus vix.	200
	165	<i>Inter omnes mitis,</i> tu vinosa vitis, pota nos mellitis botris, nostra ars. omnes reges cœli, qui stant coram eli, reple laude cœli, quorum tu es pars. mitis et benigna, cruce nos consigna, ut nos non maligna lædat Stygis Mars.	205
<i>Qui pro nobis natus,</i> mundo conversatus, patri immolatus, bellans sicut vir, pro nobis resurgens, morte mortem urgens, quare satan turgens fert pœnarum πῦρ.	170		210
	175		215



<i>Nos culpis solutos</i> semper fac et tutos, fide, spe, imbutos, caritatem da.	220	para defensamen, confer adjuvamen, hostis ne fraudamen vincat nos aut vis;	260
culpis non fraudata, summi regis nata, mater illibata, tu pro nobis sta.		tutum et beatum ut captemus statum post hunc incolatum, tu pro nobis sis.	
solutos peccatis fac nos pulchra satis, aula trinitatis nulla major qua.	225	<i>Ut videntes Jesum,</i> nunquam culpâ læsum, sed pro nobis cæsum, cedat mortis nox.	265
<i>Mites te videbunt,</i> qui non plus dolebunt, tibi adhærebunt, o æstatis ver!	230	videntesque pia, te virgo Maria, laudis melodiâ nostra sonet vox,	270
fac et nos astare sanctis et laudare tecum Christo, quare sanctus cano ter.	235	Jesumque laudantes angelos astantes, nos considerantes, jubilemus mox.	275
castos duc in chorum regis angelorum, mater orphanorum, opem nobis fer.	240	<i>Semper collætetur</i> et conglorietur, sanctis commoremur, Christus beat quos:	280
<i>Vitam præsta puram,</i> nostri gere curam, viam per securam duc nos cœli pons.	245	collætetur tibi, gratietur sibi semper hic et ibi, qui redemit nos.	285
præsta, quod optamus, tecum ut vivamus, ad te conscendamus, o virtutum mons!		amen, amen, toto corde, voce, voto, animo devoto omne canet os.	
puram et profundam gratiarum undam, cordibus fecundam, funde vitæ fons.	250	<i>Sit laus deo patri,</i> Christo nostro fratri decus sit et matri, semper laudo quam.	290
<i>Iter para tutum,</i> scutum da virtutum, nam contra versutum grandis instat lis:	255	laus sit Nazaræo, Jhesu deo meo, qui nos de alveo ducit pie tam.	295

deo patri, nato, flatui sic dato laudes et amato, dignum est hoc nam.	300	qui est rector poli, me totalem do.	
patri dato laudes, filio congaudes, flamini applaudes, nec sileto jam.		<i>Tribus honor unus,</i> triplex deo munus demus, ne nos funus lædat valle hac.	325
<i>Summo Christo decus,</i> per quem homo secus vivit sic, quod pecus quorum ipse spes.	305	honor trinitati, salus unitati,	330
Christo vero credo et sic hostem lædo, cum peccatis cedo, o quam sancta res!	310	laus sit deitati, onque peto fac. unus extat deus omnium et meus Jhesus Nazaræus	335
decus supernorum, terror inferorum, salus mundanorum, Christe, semper es.	315	matris sugens lac.  <i>Amen dicant flentes,</i> gratiam quærentes, gloriam canentes regi <i>χριστου.</i>	340
<i>Spiritui almo</i> læto cano psalmo cum extenso palmo ubicumque sto,	320	amen dicant gentes, culpam confitentes, deum profitentes, qui est in Sion. amen dicant cuncti	345
sancto deo soli ac Mariæ proli,		vivi et defuncti, qui sunt deo juncti, cui nomen <i>ων.</i>	

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 119. (A). Hs. zu München, Clm. 3012. f. 32. 15 Jahrh. (B), welche das Glossenlied vollständig enthält. In den stumpfen Reimen dieses Liedes stehen absichtlich nur einsylbige Wörter, zum Beweise, dass der Dichter solche Schwierigkeiten des Reimes überwinden wollte, was aber keinen guten Eindruck macht, weil es die Natürlichkeit verletzt. Dergleichen hartgereimte Lieder waren jedoch schon im 12 Jahrhundert lateinisch und im 13 auch teutsch gebräuchlich. S. das Weihnachtslied der Herrat von Landsberg S. 132. und ein teutsches in Pfeiffer's Ausgabe der Heidelberger Liederhandschrift S. 72 im 9 Bande der Bibliothek des literarisch. Vereins zu Stuttgart.

2 verbi B. 6 ortus AB, alte Schreibung. 23 care B. 46 quo A. 48 electorum ist über der Zeile nachgetragen und 49—96 fehlen in A. 111 summe A. 118 visum A. 122 nosce A. 127 divinatrix B. 138 vulneraque A. 139 mentem nostram A. 141 quæ B. 145—240 fehlen in A. 156 corrigirt vobis, dann muss do stehen. 183 mitis. 191 Nazarenus. 210 hely. 243 vitam ad futuram B.

244 fer n. B, fac A. 260 bis A. 266 unquam A. 272 sonat A. 289 bis zu Ende fehlen in A.

V. 2. cella, ταμεῖον πάσης καθαρότητος. Jan. 28.

V. 4. portus, λιμὴν χριστιανῶν ὑπάρχεις. Jul. 25. Folgende ausführliche Stelle gibt das Verständniß dieser Vergleichung an: δίδου μοι πρὸς γαληνοὺς μετανοίας λιμένας ὁρμίζεσθαι. Jul. 26. S. No. 586, 29.

V. 6. hortus, σὲ ὡς κήπον ἀνθούντα τὸν Χριστὸν ὑμνοῦμεν. Oct. 14.

V. 44. τῶν χριστιανῶν ἡ ἐλπίς. Magna biblioth. patr. 12, 355.

V. 61. lumen. φωτίζεις με φέγγει τῷ νοητῷ, καὶ τὸν ζόφον τῆς ἁμαρτίας διασκέδασον. Febr. 1.

V. 65 flg. αἴγλη τῆ σῆ, θεομητορ, τὸν νοῦν μου κατανασθῆναι, τὸν ἐσκοτισμένον τῆ ἁμαρτία, νεύσον. Sept. 9.

V. 77. gubernatrix, τοῦ βίου κυβερνήσις. Januar. Bl. 13.

V. 78. defensatrix, προστατίς. ib. 22.

V. 100. caeli pons, γέφυρα μετάγουσα πρὸς ζωὴν ἀνθρώπους. April. 12. Maria heisst die Brücke des Himmels in Bezug auf den Regenbogen, welchen Gott dem Noe zum Wahrzeichen gab, dass die Menschheit nicht mehr sollte vertilgt werden. Durch die Geburt Christi trat die Erlösung von der wahren Sündflut ein, und dazu bildete Maria die Brücke.

V. 108. vitae fons, auch Quelle der Heiligung, πηγὴ ἀγιάσματος. April. 10. Hortus clausus virginitas, fons signatus virginitas. Ambros. inst. virg. c. 9.

V. 114. fraudamen, ταχεία τῶν δαιμόνων ἀλλαγῆ. Jun. 16.

V. 344. Σιών κατὰ ἀναγωγὴν ἡ ἐκκλησία λέγεται. Chrysost. in ps. 9, 6.

#### 499. Oratio super *Ave maris stella*.

<i>Ave maris stellula,</i>		qui tibi paraclitum	
decor caeli mirus		affuturum fore	
refulgensque gemmula,		dixit, me sollicitum	
ornans ut sapphyrus,		tuo in honore,	20
prece pelle sedulâ	5	iræ frænans impetum,	
vitiorum virus		firma in amore.	
et quæ infert scandala		[Quæ pignentis	
hostis furor dirus.		et unguentis	
[Dona pacem		cunctis es suavior,	25
et fallacem	10	speciosis	
inimicum fugere,		prorsus rosis	
ne ignitis		lillisque gratior.]	
hic sagittis		<i>Vincula lasciviæ</i>	
possit nos elidere.].		vulgi depravati	30
<i>Sumens „ave“ inclitum</i>	15	<i>solve, nos justitiæ</i>	
<i>Gabrielis ore,</i>		tui subdens nati,	

*ferque lumen gratiæ*  
nostræ cæcitati,  
oculo scientiæ  
qui sumus orbatî.

[Hoc egenus  
a te munus  
posco, ne deficiam,  
ut sanctarum  
scripturarum  
nobis des scientiam.]

*Monstra te causidicam*  
*matremque reorum,*  
prolem his deificam  
placans, ut eorum  
*precem sumat melicam,*  
quam pro peccatorum  
venia dant, lubricam  
per vitam factorum.

[Virgo lenis,  
a terrenis  
munda nos affectibus,  
et cunctorum  
delictorum  
nos absolve nexibus.]

Sempiternis laudibus,  
*virgo singularis,*  
a supernis civibus  
digne veneraris;  
opem fer petentibus,  
mater expers parîs,  
*mitis quæ præ omnibus*  
semper prædicaris.

[Columbinos  
et benignos  
ad nos flecte oculos,  
tuæ laudi  
lætos audi,  
nos custodi sedulos.]

*Vitam mihi tribue*  
*puram, fons virtutum,*  
35 *sicque sordes ablue,*  
*quas per carnis lutum*  
*contraxi assidue,* 75  
*sequens heu versutum;*  
*vitæ nunc occiduae*  
*iter para tutum.*

[Nos sincere  
contuere, 80  
virgo serenissima,  
qui turbamur,  
contundamur  
45 veluti peripsima.]

Trinitas te, domina, 85  
induit decorem,  
gratiæ dans flumina  
et famæ fulgorem.  
50 hæc fantem precamina  
tuum ob honorem, 90  
duc ad cæli culmina  
mundi post laborem.

[Commendare  
nos dignare  
Christo tuo filio, 95  
ne cadamus,  
sed vadamus  
60 e mundi naufragio.]

O præclara,  
viam para 100  
ad cœlestem patriam,  
sic me sana,  
65 ut mundana  
gaudia despiciam.

Dei mater, 105  
incessanter  
70 nobis posce veniam,

et cunctorum		quod rogamus,	
commodorum		donet almus spiritus,	
confer affluentiam.	110	qui vallavit,	
		qui te lavit,	115
Quod optamus,		qui sacravit cœlitus.]	

Nach drei Hss. des Klosters S. Peter in Salzburg, A die Hs. S. 282. des 15 Jahrh., B die Hs. X, 37. und C die Hs. IV, 38., beide auch aus dem 15 Jahrh. In C ist das Lied überarbeitet, ihre Zusätze sind in Klammern eingeschlossen.

2 dec. mir. cœli C. 7 et fehlt A, infert maligni C. 15 s. illud ave Gabr. ab ore C. aus der Antiph. *Alma redemptoris*. 19 nos semper sollicitos C. 22 ave f. quæ C, Fehler des Rubricators. 26 speciosus C. 32 sudens A, subdes B. 35 odore A. 38 numus C. 47 mellicam AB. 49 veniam AC. 50 commissorum ABC, gegen das Versmass. 52 et f. a C. 57 gaudiis f. laud. C. 71 nobis C. 74 quæ AC. 75 contraximus C. 76 sequentes C. 77 accidue AB, vitam B. 83 et confutamur C. 84 velud C. 88 famæque B. 96 ut non C. 97 evad. C. 98 de C. 102 nos C. 104 despiciamus C.

V. 12 — 14. Diabolus solet, antequam veniat, quædam jacula præmittere et præcursorem adventus sui facere cogitationem. *Hieron.* in ep. ad Eph. 4, 27. V. 106. incessanter. Vgl. No. 457, 68.

Die folgende altteutsche Bearbeitung hat gleichen Umfang wie die obige und ist besser.

### Ave maris stella.

Heiliger mers sterne,  
dineu (I. dine) friunde, die da verre  
sint in iemerlichem ellende,  
diner gunadon helfe in sende,  
daz si des schier werden gewis,  
daz du die heilige mûter bist  
Jhësu Christi unsers herren,  
und dic (I. die) mûter aller eren  
und selige porte des himeles  
und mûter unsers heiles.

Es waz eine selige stunde,  
die (I. do) dir von Gabrieles munde  
daz sùze wort *ave* wart gesant,  
da Eva unserre mûter namme wart  
umbe gewant,  
die uns alle brahte in den tod,  
dar umbe din lieber sun dez krúzes  
not  
und groze pine het durch uns geliden.  
nu empfach uns in dinen fride.

Löse unserre sünde bende,  
daz geware liht uns blinden sende,  
da mite wir daz rechte gesehen  
und zû gûten werken uns geziehen  
und bosheit gar vertriben  
und in alleme gûte behalten bliben.

Nú zûge, daz du mûter bist  
dez herren, dez himel und erde ist,  
daz er dinre bette willen empfahe  
und unser sünde gar darnider slahe,  
daz wir nit werden verlorn;  
wan er von dir wart geborn.

Ey sunderliche maget alleine,  
vor allen megeden kúsche und reine,  
milte und einmütig,  
gewere und demütig,  
dirre tûgende verlihe uns ein teil  
und zerbrich unserre sünden seil  
und mache uns los von unsern schulden,

daz wir keine pine darumbe iht dulden,  
und mach uns rein und hochgemüte  
durch din selbes güte.

Verlihe uns frowe reines leben,  
alse die sele den lip hie sol begeben,  
daz si mit dir so werde bewart,  
daz si var die selige wart,  
daz si dien vienden müge enpflihen

und got in siner glorien si (I. sihen)  
mit sinen heiligen in himelriche,  
und mit im sich fröwe ewenkliche.

Lob si got dem vater,  
dem sune si gewalt ze gotte,  
dem heiligen geiste si ere  
nu und iemer mere. amen.

Hs. der Stadtbibliothek zu Mainz, Karth. No. 599. Bl. 162. aus dem  
14 Jahrh. Die Bearbeitung ist älter.

### 500. De b. v. Maria.

*Ave maris stella,  
mellis cœli cella,  
præcellens puella,  
cœleste sacrarium!*

*Ave vitæ via,  
mundi lux Maria,  
pura, prudens, pia,  
virtutum armarium.*

*Tu mons justitiæ,  
flos temperantiæ,  
rivus prudentiæ,  
turris fortitudinis.*

*Tu radix veniæ,  
pincerna gloriæ,  
regina gratiæ,  
fluvius dulcedinis.*

*Ave vernans rosa,  
gemma spiritalis,  
cedrus gloriosa,  
proles principalis.*

*Sponsa speciosa  
sponsi specialis,  
parens pretiosa  
prolis principalis.*

*Tu virga mystica, 25  
virgo concipiens,  
virga fructifera,  
virgo parturiens.*

5 *Virgo melliflua  
lactans et nutriens, 30  
virgo perpetua  
post partum permanens.*

10 *Tu mater optima,  
quæ culpas operis,  
prece piissimâ 35  
succurre miseris.*

15 *Clavis carissima,  
quæ cœlos aperis,  
post deum maxima 40  
spes nostri generis.*

20 *Felix, fecunda,  
munda, jocunda,  
mundans immunda,  
mundis auge gratiam.*

45 *Decens, decora,  
lucens aurora,  
nobis implora  
veræ lucis copiam.*

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 105 zu Karlsruhe.

3 procellens, Hs. 24 proles, Hs. 43 immundum, Hs.

Zu V. 2 eine Gleichstelle in den griechischen Troparien: *στάμνος, ἐξ ἧς τὸ μάννα ἐδόθη πᾶσι βροτοῖς τὸ ἐπουράνιον. Magna bibl. patr. 12, 356. cella, παστὰς θεοῦ. Febr. 14. παστὰς ἔμψυχος. Jul. 31.*

V. 4. *coeleste sacrarium, σκητὴ ἁγία. Goar p. 428.*

V. 9. *mons, χαῖρε ὄρος θεοῦ, ὄντως ἀλατόμητον. Ibid. p. 352. ἅγιον ὄρος. Men. Sept. 11. κατάσκιον ὄρος προσεώρα σε ὁ προφήτης Ἀββακούμ. Apr. 10. Das Citat ist irrig, die Stelle steht bei Isai. 2, 2. Mich. 4, 1. S. No. 600, 33.*

V. 12. *turris, ἰσχύος πύργος. Oct. 2. χρυσοπλώκατος πύργος. Jul. 17.*

V. 14. *pincerna. S. No. 489, 5. No. 589, 21.*

V. 25. *virga mystica, ähnlich wird sie im Pentecost. 64. ἡ θεόφοντος ῥάβδος genannt.*

V. 40. *spes, ὅλην τὴν ἐλπίδα μου ἐν σοὶ τίθημι. Men. Januar. Bl. 13. ἐλπίς χριστιανῶν. Jul. Bl. 19. ἐλπίς τῶν πιστῶν. Sept. 11. πάντων ἡ ἐλπίς. Nov. 21.*

### 501. Te deum Mariæ.

Te matrem laudamus, te virginem confitemur;  
 te æterni patris, stella maris, splendor illuminat;  
 tibi omnes angeli, tibi cœli et universæ potestates,  
 tibi cherubin et seraphin humili nobiscum voce proclamant, 5  
 virgo, virgo, virgo virginum sine exemplo,  
 ante partum et in partu et post partum.  
 te gloriosam apostoli prædicant, te prophetarum, virgo, canunt  
 lineæ,  
 te martyres sui domini matrem testantur,  
 te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia 10  
 matrem immensæ majestatis,  
 venerandam dei sponsam maritique nesciam, sancto solam gravidam  
 spiritu.  
 tu es regina cœli, tu mundi totius es domina,  
 tu ad liberandum hominem perditum carne vestisti altissimi filium,  
 tu devicto mortis aculeo protulisti clarissimo vitam ex utero, 15  
 tu ad dexteram patris sedentis filii es mater, judex vivorum qui est  
 et mortuorum.  
 te ergo quæsumus, Christi famulis subveni pretioso tui ventris ger-  
 mine redemptis;  
 æterna fac cum sanctis tuis gloria munerari;  
 salvum fac populum tuum, domina, Christi per te hereditatem suam.  
 et rege eos et extolle illos usque in æternum. 20

per singulos dies benedicimus te et laudamus nomen altissimi, qui te fecit altissimam.

dignare omni laude dignissima ab indignissimis laudari, miserere nostri, domina mater misericordiae,

fiat misericordia filii tui, domina, super nos ope tua, qui clamamus illi;

in te domina speravi et non confundar in aeternum.

25

Hs. zu Mainz, Aug. No. 438. Bl. 68 aus dem 14 Jahrh. (A) und Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 95 (B). Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. f. 96 des 15 Jahrh. (C).

Unter den Bearbeitungen des *Te deum laudamus* hält sich diese umständlicher an den Text als die Uebertragung des Bonaventura, welche bei Daniel 2, 293 steht, jedoch sind sorgfältig jene Stellen übergangen, welche sich auf Maria nicht anwenden lassen, um Irthum zu vermeiden.

Das *Te deum* wurde auch überarbeitet, wenn es an Gott gerichtet blieb. Ein Beispiel steht in den *Cursus collecti* Bl. 30 in den Tagzeiten de *miseri-cordia domini*, das so anfängt: *Te deum laudamus, te dominum misericordissimum confitemur. Tuam maximam misericordiam semper imploramus etc.* Ein anderes Beispiel im *Cursus de passione* Bl. 53. *Te deum laudamus, te Jesum benedicimus, te regem regum et dominum confitemur etc.*

1 deum — Mariam v. C. 2 p. sponsam omnis terra veneratur C. 3 pot. humiliter nobiscum deserviunt C. 5 sancta, sancta, sancta virgo v. C. 6 für diesen Absatz hat B, *pleni sunt caeli et terra majestatis gloriae tuae.* 8 virgo fehlt C, proclamant B. 9 esse test. B, reverentur C. 11 et pietatis B, sanctitatis C. 12 quoque für sol. B, virique n. factamque sol. gr. s. sp. C. 13 ecclesiae, und dies corrigirt in gloriae für caeli, und der zweite Satz lautet: *tu patris sempiterni es filia* B, *caeli tu vena es misericordiae* C. 15 vincendo — aculeum B, vincendo — clarissimam C. 16 filii fehlt B, *dexteram dei sedes Judicis filii dei es m.* C. 17 *cunctis Christicolis* — pretiosi B, *quæs. cunctis christicolis s. — partu red.* C. 19 fehlt B, *dom. et benedic hereditati tuae* C. 20 nos — nos C. 21 te Et te cupimus in aeternum devota mente laudare C. 22 cum für om. — a nobis indignis B, *dig. domina die ista sine peccato nos custodire* C. 24 tui fehlt — ope qua acclamamus B, *mis. tua d. — nos, quemadmodum speravimus in te* C.

Diese Hs. C weicht von AB schon mehrfach ab und könnte als eine besondere Bearbeitung gelten, wie auch eine solche in den *Cursus collecti* f. 115 steht und eine andere in derselben Hs. von S. Paul fol. 96, die so anfängt: *Te matrem dei laudamus, te Mariam virginem confitemur.* Die Abweichungen rühren daher, dass die Bearbeiter den Text mit mehr oder weniger Bestimmtheit auf Maria übertrugen, je nachdem sie glaubten, Missverständnisse zu vermeiden. Streng genommen kann man daher diese Bearbeitungen des *Te deum* nicht mit einander vergleichen, weil fast jede eigenthümlich ist und für sich allein steht.

V. 5. 6. *ἐν γυναιξὶ μόνη παρθένος διέμεινας καὶ πρὸ τόκου, καὶ μετὰ τὴν γέννησιν.* Aug. 24. *παρθένος ἔτεκες καὶ παρθένος ἔμεινας.* Sept. 29.



V. 8. prophetarum lineæ, bei den Griechen τῶν προφητῶν χορός. Nov. 28. Linea heisst die Aufeinanderfolge und soll die Zeitentwicklung anzeigen, chorus bezeichnet die Gesamtheit der Prophezeiungen, ihr Resultat.

V. 25. Aug. 24. ἐν σοὶ, παρθένε, τὴν ἐλπίδα τίθημι. Sept. 23. οὐδεὶς προστρέχων ἐπὶ σοὶ κατησχυμένος ἐκπορεύεται. Durch das ganze Lied geht der Gedanken, den die Menäen so ausdrücken: μετὰ θεὸν σὲ προστασίαν κεκτήμεθα. Nov. 13.

Eine altteutsche Bearbeitung will ich hier anschliessen.

Disz ist der lobesang Marien: *Te cæli reginam laudamus* zu dutsche gemacht.

Dich hiemelkonigyn wir eren,  
 dyn lob wir alleczyt meren,  
 dich loben und eren von rechte  
 aller creaturen geslechte.  
 eyn muder ewiger maistait  
 got dich selber erwelet hait,  
 dich hait umbgeben der sonnen schyn,  
 der maen ist under den fuszen dyn,  
 off dinem heubte schone  
 won czwolff sternen ist eyn crone.  
 des ewigen vatters dochter du bist,  
 eyn muder sines sones Jhesu Crist,  
 des heyligen geistes liebste brut.  
 dich loben die engel uberlute,  
 cherubin dich umbringen,  
 seraphin dir suszlich singen:  
*Ave* koniginne werde,  
 du erfrauwest hyemel und erde.  
 der aposteln frauwe und aller cristen,  
 eyn lererinne der ewangelisten,  
 dich lobent der patriarchen schare  
 und die propheten alle gar,  
 die merteler und heiligen alle  
 loben dich mit richem schalle.  
 die bluenden roselin roit und wisz

in dem hiemelschen paradisz,  
 din jungfrauwen schone und reyne  
 loben dich alle gemeyne.  
*Ave* frauwe und konigyn sere (l. here),  
 von dir han wir alle unser ere,  
 dich loben die gleubigen selen gliche  
 und alle geist in hiemelriche;  
 dine gute sie durchfluszt,  
 dine gnade du in sie guszt.  
 den selen hulfestu usz der pyn  
 und erceigest allen dye gute dyn.  
 dar umb, o frauwe, bidden wir  
 armen,  
 laisz dich unser auch erbarmen  
 und hilff uns usz aller noyt,  
 vor die din kint bis in den doyt  
 mit dir besiczen *in gloria*,  
 o hyemelische konigin Maria. amen.

Maria frauwe von hiemelrich,  
 konigyn der engele, schon und rich,  
 dynen armen diener an siech  
 und biede din liebes kint vor mich,  
 hilff mir usz diessem elende  
 komen zu dir mit seligem ende. amen.

Hs. zu Mainz, Karth. No. 570. Bl. 112. des 15 Jahrh.

## 502. De beata Maria (*troparium*).

1. Virgini Mariæ laudes  
 intonent christiani.

quod Maria protulit  
 natum, qui redemit peccatores. 5

2. Eva tristis abstulit,

Mors et vita in Christo

convenere mirando,  
 Mariæ filius regnat vivus.

3. Dic nobis, Maria,  
 virgo clemens et pia, 10  
 Quomodo facta es genitrix,  
 cum tu sis plasma ex te na-  
 scentis?  
 Angelus est testis  
 ad me missus cœlestis,

Natus est ex me spes mea, 15  
 sed incredula manet Judæa.

4. Credendum est magis soli  
 Mariæ veraci  
 quam Judæorum turbæ fallaci,  
 Scimus Christum processisse 20  
 ex Maria vere;  
 tu nobis, nate rex, miserere.

Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 3. mit der Melodie, 13 Jahrh. (A). Hs. zu Trier, Dombibl. o. No. 14 Jahrh. mit der Melodie (B), *Daniel* 2, 198 (D) und in Westheimers liber eccles. carm. Basil. 1538 (W).

3 Eva vitam perdidit A. 4 sed M. retulit A, sed für quod DW. 6 jus et virtus A, für in Christo liest D duello, AW modulo. 7 confluxere A. 12 de te DW. 15 de me D, processit für natus W, est ex A, est fehlt B. 16 permanet, corrigirt in A. 17. 18. soli Gabrieli forti WDA. 19 Jud. pravæ cohorti DWA. 21 de virgine vere W, de Mar. DA. 22 victor für nate D.

Die Ostersequenz *Victimæ paschali* ist hier zu einer Marienantiphone auf Christi Geburt oder Weihnacht umgearbeitet, jedoch eignen sich die Verse 6—8 und die Lesart in D zu 22 nur für die Auferstehung, welche Unachtsamkeit man auch in der folgenden Bearbeitung wahrnimmt, die zwar für die Ostern bestimmt ist, aber nach den Hss. auch für andere Feste gelten konnte. Beide Umarbeiter nahmen Rücksicht auf den Reim.

Diese Sequenz wurde auch zu Liedern auf andere Heiligen gebraucht. In den geschriebenen Zusätzen zu einem Messbuch des 15 Jahrhunderts zu Karlsruhe steht aus gleicher Zeit eine Sequenz auf den h. Blasius, die so anfängt: *Victori Blasio laudes immolant incolani. præsul binis cum pueris est immolatus. agnus sequens pastorem more paschali, mors a vita flectitur speciali duello etc.*

### 503. Tempore paschali de b. v. sequentia (*troparium*).

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Virgini Mariæ laudes<br/>         concinant christiani.</p> <p>2. O beata domina,<br/>         tua per precamina<br/>         reconcilientur peccatores, 5<br/>         Fiant per te liberi<br/>         a fermento veteri<br/>         victimæ paschalis perceptores.</p> | <p>3. Da nobis, Maria.<br/>         virgo clemens et pia, 10<br/>         Aspectu Christi viventis<br/>         et gloriâ frui resurgentis.<br/>         Tu prece nos pia<br/>         Christo reconcilia,<br/>         Quæ sola mater intacta 15<br/>         es genitrix verbi dei facta.</p> |
|--|---|

4. *Credendum est, ex te deum* a mortuis vere;  
*et hominem natum* conserva, mater, nos et tuere.  
*resurrexisse glorificatum.* Alleluja.

Scimus Christum surrexisse 20

Aus geschriebenen Zusätzen des 15 Jahrh. in einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim (N). Diese Hs. hat die Endstrophe auf Christi Geburt eingerichtet, während die andern dem Inhalt der Ostersequenz folgen. Daher überschreibt sie nur Prosa: de b. v. M. Auch in der Sammlung des *Gamans* S. 503 (G) und in einer Hs. zu Lichtenthal des 15 Jahrh. mit der Melodie (L). Hs. der Seminarbibliothek zu Trient mit der Melodie, 14 Jahrh. (T), und der Ueberschrift: tempore paschali sequentia; aber nach ihren Lesarten konnte es auch als Antiphone auf Christi Himmelfahrt gesungen werden. *Daniel* 2, 198 gibt den Anfang.

2 concinunt L. 4 præconia G. 5 reconciliantur GN. 7 paschali L. 8 præceptores G. 10 dafür steht tua per præconia G. 12 vel ascendentis T. 18 verum f. nat. L. 19 res. jam ascendisse glor. T. 20 resurrexisse T, processisse NG. 21 ex m. v. vel ascendisse super cœlos vere T, de virgine matre N, ex Maria vere G. 22 tu nobis nate rex miserere N.

#### 504. Psalterium Mariæ.

<p>Ave porta paradisi,  lignum vitæ, quod amisi,  per te mihi jam dulcescit  et salutis fructus crescit.</p>	<p>ut ab hoste liberentur,  a quo capti detinentur.</p>	<p>20</p>
<p>Ave morum disciplina,  vitæ via, lux divina,  iram dei mitigasti,  quando Christum generasti.</p>	<p>Ave salus infirmorum  et solamen miserorum,  a furore nimis tristi  nos defende mater Christi.</p>	<p>5</p>
<p>Ave virgo, cujus clamor  nostri pius fuit amor,  qui de monte exauditur,  verbum carni dum unitur.</p>	<p>Ave, cujus cor et renes  scrutans deus supra senes  te invenit mundo corde,  impollutam omni sorde.</p>	<p>25</p>
<p>Ave cujus refulgentem  splendor patris fecit mentem,  de splendore vultus sui  fac signentur servi tui.</p>	<p>Ave, cujus in filio  nostra fit visitatio,  cui decoro gloria  pater subjecit omnia.</p>	<p>10</p> <p>30</p>
<p>Ave templum sanctum dei,  ad quod currunt omnes rei,</p>	<p>Ave virgo, quæ de portis  nos exaltas diræ mortis,  ut in portis Sion stemus  teque digne collaudemus.</p>	<p>15</p> <p>35</p>

- Ave lucerna sæculi,  
beati cujus oculi  
respiciunt in pauperem,  
opem ferendo celerem. 40
- Ave, cujus eloquia  
ut argentum sonantia,  
igne cocta septemplici,  
plena sermonis mystici.
- Ave mater salutaris, 45  
cujus ortu gratularis,  
canta Christo, deo plaude,  
de collatis bonis gaude.
- Ave Syon specularis,  
ex te datur salutaris, 50  
per quem redit liberatus  
homo quondam captivatus.
- Ave, quæ illic habitas,  
ubi pacis tranquillitas,  
justorum habitacula 55  
ingressa sine macula.
- Ave, cujus pars in cœlo,  
calix crucis est de prælo,  
tibi funes in præclaris  
ceciderunt, stella maris. 60
- Ave virgo, lingua cujus  
verba vitæ nescit hujus,  
gnara laudes dei fari  
igne sumpto de altari.
- Ave, deus quam ornavit, 65  
quando cœlos inclinavit,  
et descendit in te verbum,  
debellandum ad superbum.
- Ave, de cujus intimo  
Christus processit thalamo, 70  
in sole tabernaculum  
fixit, qui regit sæculum.
- Ave, cujus holocaustum  
pingue fuit atque castum,  
soli deo quæ cantasti 75  
et in corde jubilasti.
- Ave totius criminis  
expers, plena dulcedinis,  
a cœlorum opifice  
coronata mirifice. 80
- Ave, de cujus germine  
sine virili semine  
sicut vermis concipitur,  
per quem serpens conteritur.
- Ave virga rectissima, 85  
desolatis dulcissima,  
quæ produxisti baculum  
ad sustentandum sæculum.
- Ave beata femina,  
virtutum cœli domina, 90  
per quam regem superbiæ  
vicit Christus, rex gloriæ.
- Ave virgo sanctissima,  
sincera cujus anima  
bonis terræ perfruitur, 95  
in quæ beate vivitur.
- Ave virgo, pulchra tota,  
inter innocentes lota,  
digna dei ad altare,  
quod est Christus, ministrare. 100
- Ave perfusa lumine  
tuoque digna nomine,  
nam quod Maria dicitur,  
stella maris exprimitur.
- Ave, cujus confessio 105  
cordis fuit devotio,  
cujus caro tunc floruit,  
quando Christus te genuit.

- Ave, quæ voce organum,  
candore vincis lilium, 110  
mater occisi vituli  
propter peccati populi.
- Ave, quæ nosti plangere  
pro impiorum scelere,  
cujus planctus in gaudium 115  
conversus est per filium.
- Ave, cui jam dulcescit,  
quod gustatum non decrescit,  
quæ ab omni jam tumultu  
in divino lates vultu. 120
- Ave, cujus intellectum  
tunc instruxit ad perfectum  
verbum dei, quando carnem  
ex te sumpsit non per carnem.
- Ave, quam ante sæculum 125  
sibi in habitaculum  
providit dei filius,  
mundo per te propitius.
- Ave virgo, quæ gustasti,  
quam sit dulcis, quem gestasti; 130  
beata spes, quæ perfecit,  
quam tam sanctam deus fecit.
- Ave mater castissima,  
beata cujus anima,  
dum exultat in filio, 135  
delectatur in gaudio.
- Ave domus ubertatis,  
de torrente voluptatis  
te fons vitæ jam potavit  
et repletam satiavit. 140
- Ave virgo, semen cujus  
numquam panem vitæ hujus  
quærens fuit nec relictum,  
sed a deo benedictum.
- Ave, quam desiderium 145  
bonorum replet omnium,  
cujus et sanctus gemitus  
deo non est absconditus.
- Ave, cujus substantia  
apud deum in gloria, 150  
cujus et exspectatio  
deus fuit in filio.
- Ave mater cum filio,  
qui dixit patri, „venio“,  
postquam holocaustomata 155  
cesserunt atque sabbata.
- Ave virgo per gratiam,  
quam propter innocentiam  
cœli suscepit curia  
ex hac mundi miseria. 160
- Ave virgo, quæ sitisti  
fontem vivum et bibisti;  
jam appares ante vultum,  
quem videre libet multum.
- Ave lucis veræ mater, 165  
quam emisit deus pater,  
ipse semper te deduxit  
et ad montem sanctum duxit.
- Ave, per quam salus datur,  
per quam hostis triumphatur; 170  
per te deum collaudamus,  
per te nullum formidamus.
- Ave regina nobilis,  
casta simul et humilis  
astans a dextris filio 175  
vestitu pulchra vario.
- Ave sancta virginitas,  
regis æterni civitas,  
quam fons vivus lætificat,  
altissimus sanctificat. 180

Ave, quam suo munere  
Christus instruxit psallere  
orde, corde, operibus  
sapienter præ omnibus.

Ave templum justitiæ, 185  
mater misericordiæ,  
qua pauperum suspiria  
promerentur remedia.

Ave, cujus locutio 190  
et cordis meditatio  
summam docet prudentiam  
patrisque sapientiam.

Ave, quæ laudis hostiam  
deo reddis et gloriam  
tu iter, quo qui graditur, 195  
illi Jesus ostenditur.

Ave, cujus sunt labia  
super favum perdulcia,  
quæ salvator aperuit  
et se laudare docuit. 200

Ave virgo puerpera,  
ut oliva fructifera  
vasis misericordiæ  
rorem profundens gratiæ.

Ave, per quam bonus unus 205  
pietatis dedit munus  
his, qui bona non fecerunt,  
sed peccantes erraverunt.

Ave, quæ voluntariam 210  
deo dedisti hostiam,  
confessa nomen domini,  
in quo est salus homini.

Ave simplex ut columba,  
quæ de mortis hujus tumba  
sumptis pennis avolasti 215  
ad quietem, quam amasti.

Ave, cujus sanctissimam  
de morte deus animam  
in æternum eripuit  
et in cœlis constituit. 220

Ave mater egregia,  
sanctorum spes et gloria,  
cujus partus de tumulo  
resurrexit diluculo.

Ave, cujus justitia 225  
in cœli floret curia,  
in extremo lætaberis,  
quando vindictam videris.

Ave, cujus in occursum  
vitæ hujus post decursum 230  
Christus gaudens exsurrexit,  
quia mundam te conspexit.

Ave, per cujus filium  
plagæ sanantur cordium,  
quorum facta contritio 235  
dei constat judicio.

Ave, cujus in sæcula  
sunt regis tabernacula,  
quieta commoratio,  
felix sanctorum mansio. 240

Ave, cujus filius est,  
per quem deus locutus est,  
in qua carne se induit  
verbum, deus quod genuit.

Ave, cujus mens jugiter 245  
caro quam multipliciter  
sitivit in te vigilans  
ad te deus et jubilans.

Ave virgo puerpera,  
quæ mira dei opera 250  
in te facta christicolis  
nuntiasti discipulis.

- Ave virgo, spes sanctorum,  
septa choris angelorum;  
te assumptam super cœlos* 255  
*dulcis decet hymni melos.*
- Ave virgo, quam probavit  
igne deus et purgavit,  
ut argentum splenduisti,  
quando Christum genuisti.* 260
- Ave terra, ferens fructum,  
qui detersit Evæ luctum,  
quod qui pie confitentur,  
vultu dei perfruentur.*
- Ave, de qua mons montium* 265  
*sine manu cædentium,  
primo lapis, mons postea  
mundi crevit in area.*
- Ave mater, cujus natus*  
*a Judæis est potatus* 270  
*felle simul et aceto,  
te vidente datus letho.*
- Ave pauper et egena,  
gratiarum vere plena,  
est adjutor tuus deus,  
quo salvatur homo reus.* 275
- Ave, quam deus aluit,  
quam verbum patris docuit,  
ut ejus mirabilia  
pronunciaret omnia.* 280
- Ave perfusa gratiâ,  
ut solet vellus pluviâ,  
cujus exuberantia  
mundi complevit spatia.*
- Ave, quæ nihil perperam* 285  
*gessisti, cujus dexteram  
Christo tenente, pervia  
cœli tibi sunt atria.*
- Ave, qua mortis vincula  
solvit rex ante sæcula,* 290  
*salutem operatus est  
nostram, cum de te natus est.*
- Ave prima columnarum,  
orbem portant quæ terrarum,  
cornu frangens sublimium* 295  
*et exaltans humilium.*
- Ave, cujus locus pacis  
dat quietem, fac, quod facis,  
ora pro his, quos impugnat  
caro, menti quæ repugnat.* 300
- Ave virgo, quæ cogitas,  
quæ sit dei antiquitas,  
cujus finis nullus erit,  
ubi nihil prorsus perit.*
- Ave manna candidior,* 305  
*de qua fit melle dulcior  
panis, quo cœli curia  
vivit nec non ecclesia.*
- Ave pro cujus filio  
fuit facta effusio* 310  
*cruoris innocentium  
furore persequentium.*
- Ave, in qua per gratiam  
excitavit potentiam  
rex Israel adveniens,* 315  
*per te nos salvos faciens.*
- Ave pulchra sicut luna,  
per te nobis dies una  
vere fiet tunc solennis,  
cum fulgebit sol perennis.* 320
- Ave, per quam sunt filii  
excelsi omnes et dii,  
quotquot terunt humilia  
salvatoris vestigia.*

- Ave cœlorum domina,  
principum victrix femina,  
fuga catervas hostium,  
pacem nostram turbantium. 325
- Ave prima feminarum,  
quæ de valle lacrimarum  
ad locum, quem posuisti,  
per virtutes ascendisti. 330
- Ave, in qua justitia,  
pax et misericordia  
veritasque conveniunt,  
fœdus amoris ineunt. 335
- Ave ancilla domini,  
prius servi, nunc domini  
per tuum sumus filium,  
regale sacerdotium. 340
- Ave, in qua homo natus,  
qui te fecit in te factus,  
qui scripturas inspiravit,  
hoc futurum enarravit.
- Ave, quæ cum discipulo  
sola crucis patibulo  
astitisti, cum tremerent  
noti omnes et fugerent. 345
- Ave virgo daviticæ  
stirpis et mater unicæ  
prolis, quam patris unctio  
sacrauit a principio. 350
- Ave, super quam splenduit  
splendor, quem pater genuit,  
tua sugebat ubera  
et dirigebat opera. 355
- Ave, cujus munditia  
angelorum custodiâ  
conservata non timuit  
inquinari, nec valuit. 360
- Ave dei mater alma,  
floruisti sicut palma,  
utque cedrus excrevisti,  
Christum quando genuisti. 365
- Ave domus clausa viro,  
deo patens modo miro,  
te dierum sanctitudo  
debet atque longitudo. 365
- Ave, quam eruditio  
divinæ legis filio  
commendavit præ omnibus  
beatam mulieribus. 370
- Ave, cujus exultantis  
et in psalmis jubilantis  
vocem deus exaudivit,  
carnem sibi dum univit. 375
- Ave, diem quæ ex die  
peperisti nostro die,  
per quam nobis nuntiatum  
salutare dei natum. 380
- Ave virgo cœli porta,  
de qua vera lux est orta,  
per quam lapsi reparantur,  
recti corde gloriantur. 385
- Ave, per quam revelatur  
vera salus et donatur,  
tam Judæus quam gentilis,  
ut uterque sit fidelis. 385
- Ave virgo vere sancta,  
tu scabellum dei facta  
pedes ejus sustentasti,  
quem adorans invocasti. 390
- Ave ovis centesima  
quam pastoris piissima  
cura revexit humeris  
ad ovile cum ceteris. 395



- Ave, sub cujus domate  
nemo superbo schemate  
confovendus suscipitur,  
nec iniqua qui loquitur. 400
- Ave mater fidelium,  
quæ non spernis humilium  
preces, sed pie respicis  
dolorum vinctos pedicis.
- Ave, per quam felicius 405  
renovamur interius  
quam aquila jejunio  
longo languens vel senio.
- Ave decus convallium,  
quam inter alta montium 410  
fons rigat sapientiæ,  
fructus cibatur justitiæ.
- Ave nubes, quam ascendit,  
in Aegyptum qui descendit,  
deus ex te carnem sumens, 415  
de tenebris nos assumens.
- Ave, per quam visitavit  
nos redemptor et salvavit  
ad videndum, quæ sunt bona  
electorumque corona. 420
- Ave simplex et sapiens,  
universa custodiens,  
quæ de dei justitia  
sunt vel misericordia.
- Ave, cujus cor paratum 425  
deo fuit et mundatum,  
gloriose tu psallebas,  
mentem voci quæ jungebas.
- Ave per cujus filium,  
pro nobis in opprobrium 430  
datum Judæis, solvitur,  
quod a mundo delinquitur.
- Ave virgo justitiæ  
virtutis et potentiæ,  
quæ protulisti gaudium,  
salutem, pacem gentium. 435
- Ave beata nuntio,  
de quo nostra redemptio,  
cujus nomen terribile  
malis, sanctis amabile. 440
- Ave regina celebris,  
de qua lumen in tenebris  
exortum parit gaudium  
in domibus fidelium.
- Ave cujus virginitas 445  
Christo fit grata civitas,  
dum altus in cælestibus  
quiescit in humilibus.
- Ave mater Emmanuel,  
qui benedixit Israel 450  
atque deum timentibus  
pusillis cum majoribus.
- Ave, cujus oratio  
est nostra sublevatio,  
quos in isto exilio  
gravis vexat afflictio. 455
- Ave felix per sæcula,  
quæ peccatorum vincula  
rumpis, ut deo animæ  
nostræ sint laudis victimæ. 460
- Ave, per quam collaudatur  
et in nobis confirmatur  
dei misericordia  
datâ peccati veniâ.
- Ave misericordiæ 465  
mater, cujus justitiæ  
portas Christus aperuit,  
qui de te nasci voluit.

- Ave, quæ, sine macula  
virgo, manes in sæcula 470  
linen legis et gratiæ,  
summæ parens justitiæ.
- Ave, quæ de incolatu  
mundi hujus et reatu 475  
ad quietem ascendisti,  
cujus pax est vultus Christi.
- Ave, cujus auxilium  
*deus creator omnium,*  
qui per te non obdormiat  
nobis, nosque custodiat. 480
- Ave virgo, quam lætantem  
et in domo dei stantem  
cum magna reverentia  
cœli circumdat curia.
- Ave mater, quam tuorum 485  
fletus movet filiorum,  
quæ misereris omnibus  
opprobria portantibus.
- Ave sancta, quæ torrentem  
vitæ hujus defluentem 490  
superans, per venantium  
rete transis ad bravium.
- Ave virgo, quam non movit,  
quidquid præsens vita novit,  
in amore supernorum 495  
semper fixa gaudiorum.
- Ave, quæ jam manipulos  
ante divinos oculos  
portas, metens hilariter,  
quæ sparsisti humiliter. 500
- Ave, cujus hereditas  
sanctorum est felicitas,  
quam dormiens in domino  
possides sine termino.
- Ave virgo benedicta, 505  
congruenter Sion dicta,  
deum namque specularis,  
quo fruendo gratularis.
- Ave virgo speciosa,  
humilis, non cervicosa, 510  
cujus labore messio  
caret simul et tædio.
- Ave mater sanctæ spei,  
quæ intenta verbo dei  
redemptorem sustinebas, 515  
quem venturum præsciebas.
- Ave, cujus cor beatum  
numquam fuit exaltatum,  
magna parvam te putasti,  
non in magnis ambulasti. 520
- Ave clemens, dulcis, pia,  
quod prædixit prophetia,  
super sedem patris sui  
sedet fructus ventris tui.
- Ave plena bonitate 525  
et firmata caritate,  
ut unguento te perfudit  
qui in Hermon rorem fundit.
- Ave domus electorum,  
in qua sancta sunt sanctorum, 530  
ad quam manus extollentes  
laudant deum omnes gentes.
- Ave, de qua rex prodiit  
qui Pharaonem feriit  
suos salvans ab hostibus, 535  
quos involvit in fluctibus.
- Ave, Christum quæ lactasti,  
cujus carne nos cibasti,  
qui ut deus adoratur,  
te ut matrem veneratur. 540

Ave, cujus lætitia  
dulcis fuit memoria  
civitatis egregiæ  
atque supernæ patriæ.

Ave, cujus confessio 545  
est psallentis devotio,  
deo grata et omnibus  
angelicis spiritibus.

Ave, de qua lux effulsit,  
quæ pastores circumfulsit, 550  
cujus nox in deliciis  
lucis referta gaudiis.

Ave, super caput cujus  
obumbravit virtus ejus,  
qui de mundo nos salvavit 555  
et malignum triumphavit.

Ave, cujus oratio  
manuumque levatio  
ante deum dirigitur  
ut incensum, cum uritur. 560

Ave, cujus precatio  
efflagitat, ut portio  
ad deum suspirantium  
sit in terra viventium.

Ave, quam sanctus spiritus 565  
replevit missus cœlitus,  
cujus et sanctam animam  
duxit ad terram optimam.

Ave, quæ novum canticum  
atque melos angelicum 570

cantas in aula regia,  
freta sanctorum gloria.

Ave, cujus memoria  
suavitatis gratiâ  
plena redundat jugiter 575  
et exultat feliciter.

Ave, quæ laudas dominum  
angelorum et hominum,  
qui stantes justos dirigit,  
elisos rursus erigit. 580

Ave mater, stella maris,  
quæ Maria nominaris,  
cujus luci ceterarum  
nulla par est lux stellarum.

Ave terra, quæ frumentum 585  
produxisti nutrimentum  
animarum, quas pinguedo  
hujus replet et dulcedo.

Ave mater redemptoris  
et æterni creatoris, 590  
quam pontus et æthera  
cœlique laudant sidera.

Ave mater, ave fili,  
qui gaudetis in cubili  
summæ pacis in gloria 595  
sanctorumque frequentia.

Ave fili, salve mater,  
ave summe deus pater,  
quem sanctorum exercitus  
omnisque laudat spiritus. 600

Hs. zu Darmstadt No. 965 des 14 Jahrh. (A). Hs. im Archiv zu Idstein No. 12 aus dem 12 Jahrh. (B). Hs. zu Darmstadt No. 2242 fol. 92. des 14 Jahrh. (C). Hs. zu Donaueschingen des 14 Jahrh., am Niederrhein geschrieben (D). Reichenauer Hs. zu Karlsruhe No. 36. fol. 111 des 14 Jahrh. (E). Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. fol. 66. des 15 Jahrh. (F). Hs. der Universität zu Gratz 40/7 des 12 Jahrh. (G). Ein Bruchstück von 84 Strophen steht

in der Darmstädter Hs. No. 2242 fol. 92 des 13 Jahrh. und schliesst mit dieser Doxologie:

Patri natoque gloria	una cum sancto flamine
perpes sit et lætitia	atque beata virgine.

Nur wenige Hss., wie F, wechseln mit dem Grussworte ab, und brauchen für das erste Drittel des Psalters *Ave*, für das zweite *Salve* und für das letzte *Gaude*. Die Griechen haben ähnliche Grusslieder, z. B. in den Hymnen des Johannes geometra ad Mariam fangen alle Verse mit *χαῖρε* an. Sie stehen in den *Poetæ græci velt.* tom. II und bei *Daniel* 3, 123.

Wo diese Hss. nicht defekt sind, stimmt ihr Text im Ganzen überein und zeigt nur die gewöhnliche Verschiedenheit besserer und schlechterer Lesarten. C allein hat mehr Abweichungen, die jedoch nicht von einem andern Texte herrühren, sondern Versuche eines Verbesserers sind, die sich selten durch Zweckmässigkeit auszeichnen. In einigen Hss., wie DG, sind die Anfänge der Psalmen vor oder nach den Strophen beigeschrieben, blos zur Bemerkung, zu welchem Psalme jede Strophe des Gedichtes gesungen oder gebetet wurde. Die einzelnen Strophen wurden demnach als Antiphonen vor den Psalmen gebraucht.

3 dulcescat C, dulcessit F. 4 crescat C. 8 genuisti ABE. 11 carne A. 12 cum DFG. 14 facit DBE. 15 tui G. 16 cor signetur C. 17—20 kommen in C nach 24. 20 modo capti F. 26 super DE. 27 munda A. 30 sit AG. 31 cujus A. 36 atque dig. F. 39 respiciant G. 43 cocto A. 45 salvatoris ABG. 46 gloriaris C. 47 deo Chr. BCF. 51 quam A. 52 exulatus C. 55 tabernacula ABCF. 58 in f. de CDE. 65 decus q. F. 66 temet ipsam dum intravit DE. 69 ex f. de F, fehlt G. 70 sponsus f. Chr. C. 74 gratum ABFG. 80 steht an 79 in C. 81—232 fehlen in A. 85 virgo BCEF. 86 mitissima G. 95 recte f. terræ F. 96 ubi b. C. 101 perfecta G. 103 jam DE. 107 caro reffloruit F, defloruit DE. 108 te Christe F. 110 Lybanum D. 118 sed conversus in C. 119 convertitur B, planctus fuit C, absconderis a tumultu C. 120 mundi coram dei v. C. 126 paravit hab. C. 127 unde nobis propitius, 128 æterni patris filius C. 130 gustasti G. 131 te beatam spes effecit F, ebenso, aber perfecit BCG. 132 in te nunquam quæ defecit C. 135 gaudio C. 136 filio C. 139 te fehlt F. 143 aut rel. B, derelictum D. 150 deum vigilia D. 156 cessarunt F. 159 gloria G, jam suscepit in patria C. 160 deus ex hac mis. C. 164 vid. nunquam multum G, sitis f. libet BCF, auch gut, doch geht schon sitisti voraus. 167 adduxit C, dilexit G. 168 secum f. sanct. DE, dixit G. 170 quam mundus salutatur C. 172 steht an 171 in C, und 172 lautet so: hostes nostros effugamus C. 176 vultu decora var. C. 180 lætificat G. 181—184 fehlen in C. 187 quam BC. 188 te media f. rem. B, susceperunt media C. 194 gloriam G. 195 per hoc iter qui C, greditur G. 196 illic D. 197 sunt fehlt D. 198 dulcia C, prædulc. F. 201 beginnt mit grossen Anfangsbuchstaben BCF, von hier bis 400 beginnt in F jede Strophe mit Salve. 203 vas es CF. 204 infundens C, perfundens G. 205 de qua C. 206 gratiarum C. 208 qui peccatores err. D, gegen das Versmass. et pecc. C. 214 turba G, quæ de vitæ hujus umbra C. 215 exolasti CF, advolasti G. 225—228 fehlen in C. 232 quam f. quia D. 234 dolor sanatur C. 236 fuit dei consilio C. 237 viscera f. in sæc. D. 237—248 fehlen in C. 238 dei f. reg. D. 239 quietam A. 239—242 fehlen in C. 242 cujus carnem A, quam F. 243 cujus F. 248 semperque deo F. 249 perpetua C. 249—252 fehlen in A. 252 apostolis BCFG. 254 spectata A. 255 supra C. 256 dulces A.

dulce BC, docet G. 257 mater A, probasti D. 258 purgasti D. 262 quæ D. 263 unde deo conf. C, quem F. 264 rei mortis tenentur C, vultum d. promerentur G. 267 primum C. 269 virgo f. mat. BCG. 272 potu f. datus, auf eine radirte Stelle geschrieben F. 273—276 fehlen C. 275 cujus d. F. 277 quem A. 278 pat. a juventute doc. C. 280 pronuntiaret C. 281 gratiam A. 281—284 lauten in C so:

Ave vellus virgineum,	quod suscepit ut pluviam
carnis ignorans vitium,	verbum dei per gratiam.

282 pluviam A. 284 replevit FA. 285 quæ fehlt B. 285 — 296 fehlen in C. 288 c. manent at. D. 289 quæ B. 293 quam f. pr. G. 294 portans, corrig. in F. 297 cui FC. 300 dæmon fortiter qui pugnat A. 301 — 4 fehlen in C. 302 diei quantitas B, divina quantitas G, quantitas F. 307 p. de quo C, p. quo in ecclesia G. 308 v. et hæc C, sed et ec. D, vivit et cœli curia G. 309—12 fehlen in C. 310 facta fuit G, sancta fuit ef. F. 313 qua potentiam G. 314 exercuit per gratiam G. 315 deus noster adv. FABC. 316 et salvos n. f. C. 317 — 20 fehlen C. 323 q. tuo munimine C. 324 empti sunt sacro sanguine C. 326 vicit f. vict. A, dæmonum G. 327 fugat A. 332 virtutem A. 336 et foed. B, iniunt F. 339 per cujus s. ABF. 343 scripturam G. 345 quem D. 347 dum F. 348 ejus f. om. B. 353 supra A. 360 nec inq. v. G, non FA. 363 exercuisti G. 366 potens G. 367 longitudo ABFG. 368 sanctitudo ABFG. 373—516 fehlen in C. 376 cum G, simul f. sibi F. 377 dies quæ F. 384 gratulantur D. 386 lux f. sal. D. 387 Judæis A. 389 vere fehlt D. 393 cujus f. ov. D. 394 past. q. D. 394—539 fehlen in A. 397 dogmate DG. 398 scemate D, stemate F, sceumate G. 399, 400 lauten so in B: habitavit nec garrulus, cujus iniquus oculus. 400 nec qui in. F. Von 401 bis zu Ende beginnen alle Strophen mit Gaude in F. 404 dolores D, in cunctos pet. G. 406 renovantur D, renovatur B, renovavit F. 407 ut a. F. 415 in te F. 418 salutavit D. 419 sint D. 426 mandatum FG. 428 cum f. quæ GB, voce D. 433 virga B. 435 baculum f. gaud. G. 436 ad sustentandum populum G, aus 87, 88 wiederholt. 438 qua DB, qua fit G. 440 bonis am. G. 441 nobilis G. 445 gaude cujus sublimitas F. 446 verior est humilitas FGB. 447 altis F. 459 a deo G. 464 peccata D. 465 cui portas B. 466 ingressus f. Ch. B, cui F. 468 te fehlt D. 470 manens F. 471 lumen f. lim. D, quæ peccatorum limes l. e. g. G. 474 roratu F, rotatu B. 478 creator est G. 479 nunquam B. 480 sed semper nos cust. B. 485 suorum D. 487 qui pauperes in omnibus FB. 488 probris (proburo GB) sunt habundantibus FB. 490 tute h. F. 492 recte trahis G. 500 quod B. 508 quæ D. 509 humilis f. spec. D. 510 non cerv. diceris D. 512 carebit atque t. D. 514 inventa D. 519 parva tu D. 520 nec majora requisisti C, nec F. 522 quam C. 523 sede F. 525 — 28 fehlen in C. 526 fraterna car. F, superna car. B. 527 perfundit D, unguentum F. 528 ros qui in Syon descendit D, fehlt in G. 533 natus rex G. 533 — 544 fehlen in C. 534 et Ph. D. 536 in fehlt B. 537 virgo f. Ch. B. 538 vos D. 539 quique d. D. 541—44 stehen in G an der Stelle von 565 — 68. 542 dulciter fuit in B. 543 civitas DG. 544 gratiæ für pat. D. 546 psallendi A, psallenti G, et psallendi CF. 550 qui F. 551 vox A. 551, 52 lauten in C: noctem claram conspexisti, quando Christum genuisti. 552 præfecta D. 553 supra AG. 555 de fehlt A, totum mundum qui salvavit C. 556 qui FA. 558 elevatio D. 559 suspirantium f. dir. A, quæ ad d. G, besser ad dominum. 560 fit in terra viventium A, et D. 561 refectio C. 561—64 fehlen in A. 562 hoc flagitat FB, atque beata portio C. 563 est in terra viventium C. 564 sic D, deus creator omnium C. 568 in terr. d. F, ad patris duxit dexteram C.

571 cantans F. 572 ubi justorum C. 573 — 76 fehlen in C. 577 laudis A. 580 rursus B, sursum C. 581 virgo C. 583 cui nulla C, luci et terrarum G, cui F. 584 adæquatur lux C, pax f. par. G. 585 recta f. terra F. 586 protulisti FA. 590 atque tui cr. C. 591 quem AB, quem de cælo et de terra C, quem terra pontus æthera F. 592 laudat omnis creatura C. 593—96 fehlen in C. 594 gaudens in excubili A, summi patris F. 597 salve C. 598 utriusque salve p. C, salve G. 599 quos C. 600 laudet B, laudat et omnis C.

V. 1. χαῖρε πύλη οὐράνιε. Oct. 3. χαῖρε ἡ ἀνοίξασα πάλιν παράδεισον. Jan. 27. Die Gedanken der beiden ersten Verse werden auch so zusammengestellt, χαῖρε παράδεισε, τὸ ξύλον ἐν μέσῳ τῆς ζωῆς ἔχων. Nov. 17. χαῖρε ξύλον ἅγιον τοῦ παραδείσου θεόφυτον. Mart. 5.

V. 2. Vgl. S. Bonaventura opera 11, p. 72. tu es lignum vitæ in medio paradisi. S. Anselmi orat. 54. χαῖρε ξύλον ἅγιον τοῦ παραδείσου. Mart. 10.

V. 9. χαῖρε παναγία παρθένε. Oct. 3.

V. 17. templum, dafür gebrauchen die Griechen zuweilen das entlehnte παλάτιον, z. B. σὲ τὴν ἀεῖπαρθένον παλάτιον ἀπειρογάσατο. Aug. 18. φωτεινότατον παλάτιον. Oct. 14. S. No. 457, 1.

V. 21. salus infirmorum. νοσοῦσαν μου τὴν ψυχὴν τῇ ἁμαρτίᾳ θεράπευσον, τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν κηῖσασα. Aug. 18. Diese Erklärung muss man bei dem lateinischen Liede hinzudenken, sie beruht ganz auf der Bibel.

V. 23. liberare wird mehr bei den Lateinern gebraucht (V. 51), σωῆζειν bei den Griechen mit Bezug auf σωτήρ. vgl. V. 49.

V. 37. χαῖρε φῶς παγκόσμιον. Oct. 3. λυχνία πολύφωτος. Aug. 25.

V. 49. Syon specularis, vgl. 54 pacis tranquillitas, 178 civitas, 137 domus, 1 porta u. dgl. Nach diesen Beziehungen wurde Maria ebenso bei den Griechen wie bei den Lateinern Schutzheilige der Städte. So heisst es z. B. in einem Liede an sie: σωῆξε τὴν πόλιν σου καὶ πᾶσαν πόλιν. Aug. 17. S. No. 467, 72.

V. 70. Daher heisst Maria χρυσοπόρφυρος θάλαμος. Aug. 25. vielleicht ein Wortspiel für χρυσοφόρος.

V. 111. vituli. Daher heisst Christus μόσχος und Maria δάμαλις. Aug. 27. ὁ μόσχος ὑπὲρ ὅλου κόσμου προθυόμενος. Dec. 9. 20. δάμαλις θεῖα. Jan. 22. Quare Christus dictus est vitulus? propter victimam. S. Augustini sermo 4, 22.

V. 121—23. Diese Stelle enthält den Grund, warum Maria um Rechtgläubigkeit angerufen wird, denn sie hat zuerst und immer die Menschwerdung Gottes geglaubt, daher heisst es auch in den Menäen: τὰ κύματα καταπραῦνον τῶν ματαίων λογισμῶν. Nov. 13. und in dem Tractus auf Lichtmesse heisst es: gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti. Sie wird deswegen angerufen gegen die λογισμοὶ πονηροί (Oct. 2), d. h. gegen die insaniens sapiëntia, die schon der heidnische Horatius tadelt. Od. I, 34, 2. Daher sagt Augustin. serm. 287, 4. von Maria: credebat, sed modum quærebat. S. No. 409, 3.

V. 125. ante sæculum. πρὸ πάντων αἰώνων. Aug. 18.

V. 170. hostis triumphatur. τρέπουσα τὰς φάλαγγας τοῦ δεινοῦ πολεμήτορος. Sept. 11.

V. 213. columba. In lateinischen Liedern ist diese Benennung nicht häufig, um die Verwechslung mit dem h. Geist zu vermeiden. Gewöhnlich steht dafür turtur. In den Menäen μόνη ἀκήρατος καὶ καλὴ περιστερά. Mart. 24. περιστερά ἐκλεκτή, κεχρυσωμένη διανοίας ταῖς πτέρυξι. Jan. 22.

V. 218. χαῖρε ἀποστόλων τὸ κλέος. Oct. 3.

V. 257. terra, 581. frumentum. Die Menäen haben dafür mehrfache Bezeichnungen, z. B. Γέθσημανῆ τὸ τέμενος τὸ θεῖον τῆς μόνης θεοτόκου, ἐν ᾧπερ ἀνεκλήθη ἀπάντων ἡ βασίλισσα. Aug. 18. Θεοῦ ἀκηλίδωτον τέμενος. Sept. 10. τιμαλφέστατον τέμενος. Aug. 25. γῆ καρποφοροῦσα ζωῆς τὸν ἄσταχυν. Dec. 9. θεόβλαστος γῆ. Jul. 25. S. No. 480, 81. No. 458, 3.

V. 409. nubes. νεφέλη πηγάζουσα τῆς ζωῆς ἡμῶννάματα. Aug. 16. ὄμβρου θείου νεφέλη. Aug. 31. νεφέλη τοῦ φωτός. Sept. 10. ἡλίου νεφέλη τοῦ νοητοῦ. Febr. 23. Oct. 3. S. No. 364, 18. Isai. 19, 1.

V. 473. δίδου μοι βοήθειαν ταῖς προσβείαις σου. Sept. 9.

Marienspsalter waren für Privatandachten bestimmt und seit dem 11 Jahrh. gebräuchlich, denn bereits Anselm von Canterbury hat eines gemacht (in ejus opp. 1, 426) und folgende Angabe beweist ebenfalls deren Daseyn zu jener Zeit. Quædam virgo religiosa secundum numerum psalmorum centum quinquaginta salutationes angelicas cum totidem veniis reginæ cœli, matri misericordiæ, singulis diebus offerebat. Tissier biblioth. patr. Cistert. 1, dist. 5 cap. 16. Ob diese englischen Grüsse in Versen oder Strophen abgefasst waren, ist zwar nicht gesagt, aber die Verbindung derselben mit dem Psalter angegeben. Die Behandlung war zweierlei, entweder wurden die Anfänge der Psalmen in die Mariengrüsse verflochten, wie bei Anselm, oder sie hielten sich im marianischen Gedankenkreise wie obiges Gedicht.

Seit dem 13 Jahrh. wurden die versificirten Marienspsalter häufig und die meisten derselben sind ungedruckt. Sie giengen im 15 und 16 Jahrh. auch in die Volkssprachen über, daher es nützlich ist, ihr Vorkommen in Hss. nachzuweisen, damit man hieraus den Umfang dieser geistlichen Dichtungsart einigermaßen abnehmen kann.

I. Ich beginne mit dem Marienspsalter des h. Bonaventura, weil es sehr verbreitet und benutzt wurde, und eine so grosse Verschiedenheit in den Hss. zeigt, dass sein ursprünglicher Text noch keineswegs ausgemacht ist.

Dieses psalterium minus b. v. Mariæ steht in einer Hs. zu Mainz, Aug. No. 438. Bl. 43. aus dem 14 Jahrh. Die Venetianer Ausgabe der Werke Bonaventuras gibt einen Text (Bd. 13, S. 363) ohne Lesarten und ohne Nachweisung der Hs., wovon er abgedruckt ist. Obige Mainzer Hs. ist sehr sorgfältig geschrieben, es wird daher angemessen seyn, daraus mit Umgehung der Lesarten wenigstens die eigenthümlichen Strophen mitzutheilen, damit man hiernach die Verschiedenheit der Texte abnehmen kann. Beide Hss. haben eine Vorrede von 4 Versen, wozu die Mainzer noch den fünften fügt. Sie lautet so:

Suscipe, regina cœli, quæ mente fideli	cumque salutaris in eis et magnificaris,
cantica de psalmis offero sumpta	pauperis atque rei sis memor oro mei.
sacris;	Nos cum prole pia benedicat virgo Maria.

*Folgendes sind die eigenen Strophen der Mainzer Hs.*

*Str. 2 fehlt, dafür steht:*

Ave scola disciplinæ,  
imperatrix, quam reginæ,  
regem agnum quæ sequuntur,  
venerantes amplectuntur.

*Str. 6. 7. 8 fehlen, dafür diese:*

Ave virgo mire mira,  
per te dei cessit ira,  
furor ejus tibi cedat,  
ne pro culpa reos lædat.

Ave portus naufragorum,  
virgo, virtus infirmorum,  
per quam ægri sunt salutem,  
functi vitæ restituti.

Ave virgo, mundi vita,  
flos, monile, margarita,  
opus dei digitorum  
grande nimis et decorum.

*Str. 11 laudet so:*

Ave virgo, flos regalis,  
da puella liberalis,  
ut a pœna, quam meremur,  
te servante liberemur.

*Str. 12—14 fehlen, dafür stehen:*

Ave virgo, lux solaris,  
lumen, unde jocundaris,  
jube tecum contempler,  
ne in morte soporemur.

Ave virgo, quæ puellis  
anteluces ut sol stellis,  
ex te datur Israheli  
salutaris arce cœli.

Ave finis nostri luctus,  
tui virgo ventris fructus,  
arce Syon urbis claræ  
nos concedat habitare.

*Str. 16—18 fehlen, dafür:*

Ave virgo, vas electum,  
ante dei tu conspectum  
ceu sol lucens in virtute  
fulges intus et in cute.

Ave virgo rara multum,  
cujus cœlos propter vultum,  
quos cum patre gubernavit,  
splendor patris inclinavit.

*Str. 23. V. 3. 4 lauten so:*

duc, regina sæculorum,  
nos ad pastum gaudiorum.

*Str. 23 fehlt, dafür:*

Ave, de qua spe coronæ  
congressurus cum dracone  
triumphale carnis scutum  
sibi sumpsit rex virtutum.

*Str. 29. 30 fehlen, dafür:*

Ave sæcli lux immensa,  
scripturarum tu condensa  
sola digna revelare,  
nata cæcis lumen dare.

Ave, cujus speciei  
Christus vere lux diei  
dat virtutem consummatam  
et præter te nulli datam.

*Str. 37 fehlt, dafür:*

Ave splendor firmamenti,  
cerne vultu me clementi,  
sta pro reo tuo more,  
ne castiger in furore.

*Str. 46 fehlt, dafür steht:*

Ave, cui, qui has fecit,  
gentes omnes rex subjecit,  
locus dei sessionis,  
veri thronus Salomonis.

## Secunda pars.

*Str. 7 laudet so:*

Ave Juda semen clarum,  
aufer, decus puellarum,  
me de mole belluina  
et a fauce leonina.

*Str. 12 laudet so: [vgl. unten Str. (26)]*

Ave, cujus super stratum,  
nullo viro temeratum,  
angelorum lux est orta,  
virgo semper clausâ portâ.

*Str. 17 fehlt, dafür steht:*

Ave virgo, clamor vatium,  
dante mihi te ducatum  
res adversæ secudentur,  
viæ meæ prosperentur.

*Str. 21 laudet so:*

Ave vellus rore madens,  
qui de sinu patris cadens  
in te, virgo lanâ mundâ,  
deitatis pluit unda.



*Str. 23 fehlt, dafür:*

Aveatrix novæ legis,  
per te, virgo, sui gregis  
pastor bonus curam gerat,  
nec nocere lupum ferat.

*Str. 25 laudet so:*

Ave virgo deo cara,  
sed stirpe plus prole clara,  
tecum apex dignitatum  
rex, qui aufert regum flatum.

*Str. 30 laudet so:*

Ave virgo, quæ beato  
cordis ore dilatato  
deitatis Jhesu Christi  
totam undam combibisti.

*Str. 32 fehlt, dafür:*

Ave cunctis præferenda,  
firma vagos et emenda,  
rege plebem, serva clerum,  
virgo gemma mulierum.

*Str. 36 fehlt, dafür:*

Ave virgo, cujus alvo,  
castitatis flore salvo,  
summus Syon qui fundavit,  
ut flos homo germinavit.

*Str. 44. V. 1. 2 lauten so:*

Ave splendor mundi hujus,  
terræ molem infans cujus.

*Str. 46 laudet so:*

Ave, cujus pro amore  
cor exultat in furore (l. fervore)  
ad ignitum dei tactum,  
sicut cera liquefactum.

### Tertia pars.

*Str. 2. V. 1. 2. lauten so:*

Ave orbis advocata,  
mater non devirginata.

*Str. 3 laudet so:*

Ave virgo juncta deo,  
da, regina, cordi meo

panem ex te generatum,  
vinum vera vite natum.

*Str. 10 laudet so:*

Ave virgo, cujus cultus  
et regalis splendor vultus  
vibrat ignes radiorum  
in conventu beatorum.

*Str. 12 laudet so:*

Ave stella clara mundo,  
ne mergamur in profundo,  
deduc, virgo, nos ad portum  
contra veri solis ortum.

*Str. 13 fehlt, dafür:*

Ave, per quam a peccati  
montes mole liberati  
velud agni salierunt,  
petræ fontes roraverunt.

*Str. 17 fehlt, dafür:*

Ave virgo, tu concede  
summa cœli nos in æde  
Jhesu saxo angulari  
caritate copulari.

*Str. 23. V. 1. 2 lauten so:*

Ave, cujus cor invictum  
non inflexit ad delictum.

*Str. 28 fehlt, dafür:*

Ave virgo, nec me gente  
vitiatorum irruente  
patiaris expugnari,  
doce docte proeliari.

*Str. 31 fehlt, dafür:*

Ave virgo mansueta,  
tu in Syon urbe læta  
jube civem me asscribi,  
ut te semper laudem ibi.

*Str. 36 fehlt, dafür:*

Ave virgo, quæ lamenta  
Babylonis ad fluentia  
olim sedens exercebas,  
præsta plangam, ut plangebas.

*Str. 38. V. 1 laudet so:*

Ave dux integritatis.

*Str. 40. V. 1 laudet so:*

Ave lumen cœlo datum.

*Str. 44. V. 1. 2 lauten so:*

Ave luna, quæ ructasti  
suave lumen, quod gestasti.

*Str. 48 laudet so:*

Ave toga, qua velatur  
princeps, cujus ammiratur  
sol cum luna venustatem,  
stellæ stupent claritatem.

*Str. 49 laudet so:*

Ave virgo non de grege,  
tu in tuo gaude rege,  
gloriare jam segura,  
nunquam eo caritura.

Die Abweichungen der Hs. sind meistens besser als der gedruckte Text, auch die Lesarten annehmlicher.

Eine zweite Abschrift steht in dem Reichenauer Codex No. 36. Bl. 126, worin das Gedicht dem h. Augustinus zugeschrieben ist und folgende Vorrede hat (Vgl. unten S. 252):

Proinde obsequiis genitricis dei  
saltem breve reputa spatium diei  
et has dulci jubilo laudes offer ei,  
ut te luce satiat suæ faciei.

quatenus in eo merear carmine gaudere,  
dic o lector: virginum virgo miserere!  
rogo eam operis pretium habere,  
ejus sine termino faciem videre.

Dieser Text stimmt, ausgenommen die Lesarten, mit der Ausgabe überein bis zum Theil 3, Strophe 17. Von Str. 18 an gibt die Hs. acht eigenthümliche Strophen, darauf folgt Str. 18 der Ausgabe, dann kommen wieder 13 eigene Strophen und hierauf der Text der Ausgabe von Str. 19 bis zu Ende. Die Schlussworte: explicit psalterium sind aber von der Hand des Schreibers durchgestrichen und von ihm noch 11 Strophen beigefügt, welchen endlich ein Akrostichon von 5 Strophen angehängt ist, womit das Gedicht schliesst. Der dritte Theil dieses Psalters hat also 35 Strophen weiter als nöthig, die entweder eine Zudichtung oder aus einem andern Psalterium hierher gezogen sind. Die Abweichung ist um so auffallender, weil in den zwei ersten Theilen die Hs. und der Druck so genau zusammen stimmen. Ich setze die eigenen Strophen her.

(1) Ave virgo, lumen rectis,  
tu concede cum electis  
in futuro me lætari,  
te et natum contemplari.

(4) Ave virgo, vitæ norma,  
cujus mores atque forma  
pollent multa venustate  
et virtutum majestate.

(2) Ave, cujus nomen sanctum,  
pro peccatis dona planctum,  
cor laudare te paratum  
sit a mundo separatum.

(5) Ave virgo benedicta,  
vero sole tu amicta,  
per te sumus a peccati  
tetra nocte liberati.

(3) Ave virgo digna quæri,  
mater vera dei veri,  
cujus nomen invocamus,  
confitemur, adoramus.

(6) Ave stella principalis,  
confer, virgo liberalis,  
mihi morum ornamenta,  
da virtutum incrementa.

- (7) Ave virgo, mater dei,  
memor esto semper mei,  
ut loquaris pro me bona,  
donans gratiarum dona.
- (8) Ave virgo et dignare  
me dignanter illustrare  
de splendore tui vultus,  
tuæ formæ, tui cultus.
- (9) Ave virgo, splendor veris,  
semper oro, me digneris  
confortare conturbatum,  
consolare contristatum.
- (10) Ave virgo, porta cœli,  
spira fidem infideli,  
spem largire desperatis,  
vitam morti deputatis.
- (11) Ave virgo grata deo,  
in æternum coram eo  
super omnia creata  
in reginam confirmata.
- (12) Ave virgo, dux erranti,  
firmamentum vacillanti,  
tu nos rege, te rogamus,  
nos sustenta, ne cadamus.
- (13) Ave tellus non arata,  
confer virgo postulata,  
ut finita temporali  
luce fruar immortalis.
- (14) Ave virgo et quæ peto,  
mihi confer vultu læto,  
fidem rectam, bonum finem,  
ut ad mala non declinem.
- (15) Ave virgo, porta lucis,  
sponsa nova novi ducis,  
qui cunctorum dominatur,  
mira solus operatur.
- (16) Ave virgo, vas ornatum,  
soli deo vas sacratum,  
lingua mea te laudabit,  
os extollet, cor cantabit.
- (17) Ave virgo, lux pudoris,  
virga florens, flos amoris,  
te rex regum ut aspexit,  
ipse florem flos dilexit.
- (18) Ave rosa speciosa,  
gemma splendens pretiosa,  
deum cœli tu lactasti,  
lapsum mundum reparasti.
- (19) Ave virgo deo juncta,  
regnans super regna cuncta,  
tuus honor non decrescit  
et potestas finem nescit.
- (20) Ave virgo sanctissima,  
tu nostra pax tutissima,  
servo tuo præbe scutum  
donans copiam virtutum.
- (21) Ave vita mortuorum,  
advocatrix peccatorum,  
pia mater hoc dignare,  
linguam meam refrenare.
- (22) Ave virgo, fons de colle,  
imple manus et extolle,  
offer deo precum thura,  
mihi deum placatura.
- (23) Ave mater exquisita,  
virgo, cujus digna vita  
terris vitæ dans auctorem  
cœlis decus et splendorem.
- (24) Ave virgo, laus floreti,  
tibi pangunt cœli læti,  
campi gaudent atque rura  
tuas laudes canitura.
- (25) Ave virgo summe<sup>1</sup> bona,  
digna sceptris et coronâ,  
te regnante cœlum plaudit,  
terra gaudet, cum hoc audit,
- (26) Ave virgo, cujus stratum  
nullo viro temeratum  
Christus natus illustravit,  
nec te nascens reseravit.
- (27) Ave porta clausa viris,  
virgo splendens<sup>2</sup> et vestiris  
luce sicut vestimento  
dansque lumen firmamento.
- (28) Ave virgo, flos sanctorum,  
ex te fluit fons hortorum,  
riga regna orientis,  
paradisi nostræ mentis.

- (29) Ave virgo, flos camporum,  
tu ad campos liliorum,  
ubi pascis cum dilecto,  
deduc calle me directo.
- (30) Ave virgo summæ<sup>3</sup> legis,  
sedes alta summi regis,  
in qua rerum gubernator,  
regum sedet imperator.
- (31) Ave virgo digna laude,  
o regina, semper gaude,  
te regina<sup>4</sup>, te cunctorum  
laudant ora populorum.
- (32) Ave gemma castitatis,  
virgo dei civitatis,  
lumen lucis fundamentum,  
esto laudis complementum.
- (33) Ave virgo, Mater pia,  
mundi salus, vita, via,
- miserere mei semper  
et tutamen da frequenter.
- (34) Ave virgo, Alta<sup>5</sup> stemma,  
nulla tam præclara gemma  
inter omnes margaritas  
in corona dei sitas.
- (35) Ave virgo Rara multum,  
virgo clara, cujus vultum  
regum princeps requisivit  
et decorem concupivit.
- (36) Ave virgo Iusta, recta,  
tu decora et perfecta,  
natus tuus rex decoris  
et tu decus electoris.
- (37) Ave virgo Alma nimis,  
duc in altum me ab imis,  
me pusillum et egentem  
in te omnem<sup>6</sup> spem habentem.  
amen.

<sup>1</sup> summa Hs. <sup>2</sup> besser splendes. <sup>3</sup> sume Hs. <sup>4</sup> regine Hs. <sup>5</sup> L altum, der Abschreiber nahm stemma für ein fem. <sup>6</sup> om. fehlt in der Hs.

Das Akrostichon ist der Namen Maria, dessen Buchstaben in der ersten Zeile jeder Strophe nach den Grussworten stehen, die ich zur Deutlichkeit gross geschrieben habe.

Mit dem Texte dieser Reichenauer Hs. stimmt die Münchener Hs. Clm. 3012 f. 99 des 15 Jahrh. im Inhalt grossentheils überein, aber nicht in der Strophenfolge und in den Lesarten, die vielfach abweichen, aber hier nicht beachtet werden können. Die Münchener Hs. gibt keine neuen Strophen, sondern dieselben wie die Reichenauer, aber in anderem Zusammenhang, wie folgende Uebersicht zeigt.

Statt der Str. 42 der Ausgabe hat die Münchener Hs. obige Strophe der Reichenauer (9), statt der Str. 49 die Str. (10), statt der Str. 52 die Str. (17), für Str. 55 die Str. (13), für Str. 62 die Str. (26), für Str. 74 steht in der Hs. die Str. 96 der Ausgabe, und für diese die Str. (25), für die Str. 104. 105 stehen Str. (3. 1), für Str. 110 steht Str. (23), für Str. 133 steht Str. (22), für Str. 137 steht Str. (6), für Str. 139 steht Str. (12), für Str. 140 steht Str. (14).

Diese Hs. hat also 19 Strophen Zusätze weniger, als obige Reichenauer, und ausserdem fängt sie im zweiten Theile des Psalters (von Str. 51 an) jede Strophe mit *Salve*, und im dritten mit *Gaude* an, wie dies auch in andern Mariensaltern vorkommt. S. oben S. 242.

Eine vierte Abschrift dieses Psalters steht auch in der Hs. No. 44 zu S. Paul in Kärnten, aus dem 15 Jahrh., die von Reichenau her stammt. Die Einleitung fängt mit dem Verse an:

Psalterium dici Christi decet hoc genitrici,

der auch bei andern solchen Gedichten vorkommt. Die vom Druck abweichenden Strophen sind folgende:

Str. 21 wie oben Str. (19) V. 1. 2. Str. 22 wie oben Str. (29) mit der Lesart *nos st. me.*

Ave virgo, dei heres, tu altare impollutum  
tu flos ornans mulieres, et regina es virtutum.

Die Str. 22. 23 des Druckes fehlen. Für Str. 27 steht wie oben Str. (35). Str. 35 wie oben Str. (16) mit der Lesart *extollit.*

Ave virgo, fide plena, per te vivi fontis vena.

Str. 41 wie oben Str. (11) mit der Lesart *consummata st. confirm.* Str. 42 wie die Münchener Hs 3012. Str. 47 wie oben Str. (30) mit der bessern Lesart *summa.* Str. 49 wie die Münchener Hs. Im zweiten Theile fangen alle Strophen mit *Salve* an und im dritten mit *Gaude* wie die Münchener Hs. Str. 52 wie die Münchener Hs. Ebenso Str. 55. 62. Für Str. 64 steht wie oben Str. (34) mit der Lesart *regum f. alta.* Str. 66 wie oben Str. (8) mit den Lesarten *ac* und *nos.* Darauf folgt etwas abweichend von Str. (28),

Salve virgo, flos sanctorum, regna rigat orientis,  
ex te fluens fons hortorum paradisum nostræ mentis.

Str. 70.

Salve decus firmamenti, cor jocundum conferatur  
mihi, virgo, te canenti et os laude repleatur.

Str. 74 wie die Münchener Hs. Str. 76.

Salve virgo, mater agni qui cunctorum dominatur,  
Jhesu Christi, regis magni, mira solus operatur.

Str. 78 wie oben Str. (31) mit der Lesart *reges f. ora.* Str. 81 wie oben Str. (36) mit der Lesart *virga f. alma,* und *rex deorum — electorum.* Str. 86. V. 1. 2 wie oben Str. (32). V. 1. 2. Aber V. 3. 4 so:

porta, fons et fundamentum et decoris complementum.

Str. 89.

Salve virgo, vas honoris, ardet semper et clarescit,  
cujus sacri splendor oris lucet corpus, cor ignescit.

Str. 95 wie oben Str. (24) mit der Lesart *plaudunt f. atque.* Str. 96 wie die Münchener Hs. Str. 102.

Gaude virgo, vitæ norma, pollutent multa venustate  
cujus mores, mens et forma et virtutum majestate.

Str. 103 wie oben Str. (27) mit der Lesart *et das f. dansque.* Str. 104. 105. 110. 133. 137 wie die Münchener Hs. Str. 138, 1. 2. wie oben Str. (15) 1. 2. V. 3. 4 so:

in qua nihil imperfectum, nil deforme vel neglectum.

Str. 139. 40 wie die Münchener Hs. Str. 149, 1. 2.

Gaude virgo sine pare, tu exultans gloriare.

Eine weitere Hs. dieses Psalters ist die Tegernseer Hs. zu München No. 2005 des 15 Jahrh.

Dieses Gedicht des h. Bonaventura und sein Psalterium majus, oder seine Umbildung des Psalters auf die Mutter Gottes gaben Veranlassung zur Stiftung von Bruderschaften, welche das eine oder andere zu gewissen Zeiten statt des Rosenkranzes oder Psalters beten mussten. Eine solche war zu München, für

welche, weil sie grösstentheils aus Laien bestand, dieses Psalter übersetzt wurde. Die Ausgabe erschien im Jahr 1521 in Duodez unter folgendem Titel: „Der psalter marie von sant Bonaventura gemacht.“ Am Ende steht: „Gedruckt zû München durch Hannssen schobsser. Anno etc. jm xxj.“ Eine andere Ausgabe erschien unter dem Titel: „Der gülden Psalter S. Bonaventure, — zu Ehren der himmelkônigin Marie. Ingolstadt 1577.“ in Sedez. Ich bemerke hiebei auch die niederteutsche Bearbeitung eines Marienpsalters in einer Wiener Hs. des 15 Jahrh., welche *Denis codd. theol. Vindob. 3, 3194* anführt.

II. Das Marienpsalter des Albertus magnus (starb 1250) scheint nicht so häufig vorzukommen; ich fand nur zwei Hss. desselben, die eine zu Darmstadt, No. 2242 des 13 Jahrh., worin das Gedicht dem h. Augustinus zugeschrieben wird, wahrscheinlich, weil der Abschreiber die Abkürzung des Namens in der Vorrede missverstand. Diese Vorrede lautet also:

Incipit prologus in psalterium dei genitricis Mariæ virginis.

Quisquis hoc psalterium  
sobrie ac pie  
in honore regiæ  
virginis Mariæ  
decantando pleniter  
perficis in die,  
vitæ tibi januæ  
cœli patent viæ.

Proinde obsequiis  
genitricis dei  
saltem breve reputa  
spatium diei,

et has dulci júbilo  
laudes offer ei,  
ut te luce saciet  
suæ faciei.

Ut de meo merear  
carmine gaudere  
dic, o lector, al. (d. i. Alberti)  
virgo virginum miserere,  
da id eum operis  
pretium habere,  
tuam sine terminis  
faciem videre.

Psalterium dici Christi decet hoc genitrici,  
ter quinquagenis richmis, prece laudeque plenis.  
hic sacra laudatur virgo laudansque precatur  
cernere virtutum se matrem carne solutum.  
ergo hac spe fretus te laudens invoco lætus  
per Gabrielis *ave*, quod erat tibi virgo suave.

Sanctus Augustinus auctor hujus dictaminis, quod dicitur psalterium b. virginis.

Hierauf folgen die 2 Distichen: *Suscipe regina etc.* wie oben in der Mainzer Hs., ohne den fünften Vers, und dann der Text, dessen Strophen alle mit *Ave* anfangen.

Eine zweite Hs. von Tegernsee zu München No. 2005. 15 Jahrh. mit folgendem Titel: *Psalterium b. Mariæ virg.*, editum ab Alberto magno. Anfang der Vorrede, die von der Darmstädter etwas abweicht.

Quisquis hoc psalterium  
sobrie ac pie  
in honore virginis  
et matris Mariæ

decantando sabbati  
perficis in die,  
vitæ tibi janua  
cœlique patent viæ.

Es sind 5 solcher Strophen. Albert nennt sich in der vierten mit diesen Worten:

Ut de meo carmine merear gaudere,	dic, o virgo virginum, Alberti miserere.
--------------------------------------	---

Darauf folgt eine oratio procemialis. Anfang:

Mente concipio, laudes conscribere sacratæ virgini,	quæ nos a carcere solvit per filium.
---	---

Es sind 11 achtzeilige Strophen.

Anfang des Psalters:

Ave virgo virginum, parens absque pari, sine viri semine digna fecundari:	fac nos legem domini crebro meditari et in regno gloriæ beatificari.
--	---

Alle Strophen fangen mit Ave an und sind gebaut wie diese. Am Ende folgen noch 9 Strophen mit den Zwischengebeten Magnificat, Nunc dimittis, Benedictus etc.

III. Der Abt Engelbert v. Admont schrieb ein Rosarium Mariæ. Es steht in der Münchener Hs. No. 5974. f. 69. des 15 Jahrh. und hat 150 Strophen, die alle mit Ave rosa anfangen, in 3 Abtheilungen von je 50 Strophen. Jeder Abtheilung gehen 10 andere Strophen voraus. Anfang:

O Messia, vitæ via, verus deus, verus ya <sup>1</sup> , riga cordis intima,	ut medulla cordis bulla sit parata, tua grata fari beneficia.
---	---

<sup>1</sup> ya für ia, Gott, nach dem Hebräischen.

Anfang des rosarium:

Ave rosa, flos æstivæ, o Maria, lucis vivæ suave habitaculum,	lumen vivum ex te luxit, lumen vitæ quod reduxit in hoc mortis sæculum.
---	---

In der Hs. von S. Peter zu Salzburg X, 37 des 15 Jahrh. wird das Gedicht ein Psalterium b. Mariæ genannt, woraus man ersieht, dass der Namen Rosarium in der Münchener Hs. blos nach den Anfangsworten: Ave rosa gemacht ist, und keine nähere Beziehung zu dem Rosenkranze hat. Die Einrichtung des Gedichtes ist in dieser Hs. wie in der obigen. Engelbert war zuerst Abt zu S. Peter in Salzburg und wurde 1297 Abt zu Admont. *Pertz Monum. Germ. hist.* 11, 659.

IV. Die Hs. von S. Paul in Kärnten No. 44 des 15 Jahrh. enthält mehrere Marienpsalter, wovon ich die Anfänge mittheile. fol. 73. Psalterium in laudem virginis gloriosæ. Anf.

Beatus vir, qui in lege meditatur, de Maria quid dicatur,	quæ regina coronatur, dum in cælo collocatur.
--	--

Der Anfang jedes Psalmes ist mit einer solchen Strophe überarbeitet.

V. Eine prosaische Uebersetzung der Psalmen steht fol. 97. und beginnt also: *Beatus vir, qui diligit nomen tuum, virgo Maria, gratia tua animam ejus confortabit.* Es ist das Psalterium majus s. Bonaventuræ in ejus opp. 13, 232 flg.

VI. In der Hs. zu Mainz Karth. No. 599 Bl. 107 steht auch ein Psalterium b. v. Mariæ, wovon es am Ende heisst: s. *Augustinus auctor hujus dictaminis.* Es fängt so an:

Ad regales vocatus nuptias	ad reginæ cœli delicias
inter mensæ cœlestis copias	laudis hujus libo primitias.

Der Eingang hat 12 solcher Strophen, jede nur einen Reim. Dann folgen 150 ebenso gebaute Strophen, aber mit klingenden Reimen.

VII. In derselben Hs. fol. 5 steht noch ein anderes Marienpsalter des 14 Jahrh. mit diesem Anfang:

*Nata dei, miserere mei, lux alma dei.*

<i>Ave beatissima</i>	<i>Ave, quæ ut cedrus excrevisti,</i>
<i>origo conditoris,</i>	<i>quando deum peperisti.</i>
<i>virgo fecundissima</i>	
<i>prælata cœli choris.</i>	

Jede Strophe fängt mit *Ave* an und hat gewöhnlich nur zwei Zeilen.

VIII. Hymnarius b. v. Mariæ wird ein Psalter genannt, der in der Hs. zu S. Peter in Salzburg X, 37. des 15 Jahrh. steht. Das Proœmium enthält 5 Strophen, die das Akrostich *Maria* bilden, deren erste so lautet:

<i>Mater Christi, quæ in ympnis</i>	<i>qua juvante luculenter</i>
<i>peperisti, te inprimis</i>	<i>pura mente ac gaudenter</i>
<i>adeo per gratiam,</i>	<i>proferam sequentiam. etc.</i>

Das erste Drittel des Psalters fängt so an:

<i>Ave verbo optima</i>	<i>quo fide promptissima</i>
<i>optimum dans fructum,</i>	<i>credimus reductum</i>
<i>a devota anima</i>	<i>Adam, fraude pessima</i>
<i>qui abstergit luctum,</i>	<i>satanae seductum etc.</i>

Alle Strophen fangen mit *Ave* an und sind gebaut wie diese. In hymnis V. 1. heisst unter dem Gesang der Engel

IX. Psalterium b. M. virginis von dem Erzbischof Edmunt von Canterbury (starb 1240). Es steht in der Münchener Hs. 5974. f. 79. des 15 Jahrh. ohne Namen des Verfassers und fängt mit den gewöhnlichen 2 Distichen an: *Suscipe regina cœli etc.* Darauf folgt ein Hymnus und der Prolog:

<i>A Maria, mater pia,</i>	<i>me dignare te laudare</i>
<i>o benigna, laude digna,</i>	<i>verbis dignis, sanctis hymnis</i>
<i>plena dei lumine,</i>	<i>et psalmorum carmine.</i>

Anfang des Psalters, dessen sämtliche Strophen mit *Ave* beginnen.

<i>Ave virgo, lignum mite,</i>	<i>genuisti Christum Jesum,</i>
<i>quæ dedisti lignum vitæ</i>	<i>sed pudoris non est læsum</i>
<i>saluti fidelium,</i>	<i>nec defluxit folium.</i>

Das Gedicht steht hinter den Gebeten des Abtes Engelbert von Admont.



Dieses Psalter enthält auch eine Wiener Hs. des 15 Jahrh., jedoch ohne Einleitung und Prolog. *Denis* codd. theolog. Vindobon. I, 1, p. 470. Es steht auch in der Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44 fol. 90 des 15 Jahrh. Die Strophen des Psalters sind als Antiphonen zu den Psalmen bezeichnet, wodurch zugleich ihre Bestimmung zum Gesang angedeutet ist, während die Psalmen gebetet werden konnten. Die Endstrophe lautet also:

Ave, cum qua cœlitus	honor tibi virgini,
omnis deo spiritus	patri, nato, flamini
decantat alleluja,	sit virtus perpetua.

Nun folgt ein Nachwort, welches bei andern solchen Psaltern der Prolog ist:

Psalterium dici Christi decet hoc genitrici etc.

Eine vierte Hs. dieses Psalters befindet sich im Kloster S. Peter zu Salzburg X, 37 des 15 Jahrh. Von einer fünften im Vatican No. 4757 gibt *Greith* *Spicilegium Vatican.* p. 132 flg. Nachricht, welche den Namen des Verfassers angibt und im 14 Jahrh. geschrieben ist. Das Gedicht hat in jedem Theile ein anderes Strophenmass.

X. Ein Grusspsalter Mariä steht in der Hs. von Tegernsee No. 2005 zu München des 15 Jahrh. Am Ende nennt sich der Dichter Babo, die Vorrede und erste Strophe haben ihre Melodie beigeschrieben und das Gedicht wird ein Jubilus b. M. v. genannt. Anf. der Vorrede:

Tibi, mater deifica,	sumpta de evangelica
depromam laudum cantica,	scriptura et prophetica.

Es sind 8 Strophen von gleichem Bau. Anfang des Psalters:

Ave virgo cathedra,	qui per multa scelera
deus qua pausavit,	olim oberravit,
quando pacis fœdera	fraude postquam effera
homini dictavit,	hostis illum stravit.

Endanzeige:

Est tibi, Christe, datus liber iste Babone patratus,  
ejus ut hinc animam facias deus esse beatam.

Alle Strophen fangen mit Ave an und haben gleiches Mass.

Dieses Psalter steht auch in der Hs. von S. Peter in Salzburg X, 37 vom Jahr 1470, zwar ohne den Namen des Dichters, aber mit der Benennung des Gedichtes *Theotoca*, weil die Anfangsbuchstaben in den Strophen der Vorrede die Akrostichis *Theotoca* bilden.

XI. Ein anderes Grusspsalter (*præconia*) Mariä enthält obige Tegernseer Hs. No. 2005 zu München. Die Vorrede beginnt:

Alma deus trinitas, quæ sæcula cuncta gubernas.

und der Psalter:

Ave virgo sanctissima,	frutex virtute pullulans
consulque fidelissima,	legemque crebro meditans.

Alle Strophen sind so gebaut.

XII. Ein Grusspsalter (*liber odarum*) Mariä steht daselbst mit einem hymnus proœcialis, (qui) concordat cum hymno: *Petrus beatus (catenarum vinculis)*. Anfang:

O Nazareni floris radix inclita.

In fünfzeiligen Strophen. Die erste Strophe des Psalters hat zwar Notenstriche, die Melodie ist aber nicht eingeschrieben. Anfang:

Ave virgo, Christi puerpera, vitam meam exoro prospera,  
cum quo jocundaris in æthere, ut hac oda te laudem libere. O Maria.

Alle Strophen sind so gebaut; die des ersten Drittels fangen sämtlich mit Ave, des zweiten mit Salve, des dritten mit Gaude an.

XIII. Ein Psalterium Mariæ, auch Theotoca genannt, steht in der Hs. von S. Peter zu Salzburg X, 37. Bl. 270. Die Vorrede bildet ebenfalls das Akrostich Theotoca, mit diesem Anfang:

Tibi mater eximia, depromam laudis munia. etc.

Anfang des Psalters:

Ave radix gratiæ, Adam cum progenie  
ex qua crevit fructus, per quem est reductus,  
humanæ miseriæ olim per fallaciæ  
quo sanatur luctus, auctorem seductus.

Alle Strophen fangen mit Ave an und sind gebaut wie diese. Der Anfang hat Aehnlichkeit mit den Psaltern No. VIII und X.

XIV. Psalterium b. Mariæ virg. s. Bernhardi abbatis, in der Reichenauer Hs. No. 36 des 14 Jahrh. fol. 129. Prologus. *Justitia celebres quondam fuere mulieres*. Das Psalter ist in 7 Tage eingetheilt und fängt fast jede der achtzeiligen Strophen mit ave an. (Diese Eintheilung hat auch das Psalter Edmunds in der Hs. von S. Paul. S. oben No. IX.)

Ave virgo virginum, qui non in consilium  
ave via morum, abiit impiorum,  
edidisti filium, is per te subsidium  
vitam mortuorum; conferat beatorum (l. bonorum).

Schluss:

salve cœli civibus vale omnis spiritus  
semper extollenda, laude persequenda.

Die gleichen Verse jeder Strophe haben einerlei Reim und das ganze Gedicht 189 Strophen, nämlich 27 auf jeden Tag der Woche, welche grösstentheils mit Ave anfangen.

XV. Dulciloquium oder soliloquium s. Bernhardi ad b. virginem. fol. 96. Der Anfang des ersten Theiles fehlt, das Gedicht beginnt mit dieser Strophe:

Gaude sedens in decore, qui amare te addiscunt,  
semper ardens in amore, te solam et non aliam,  
cujus vultum concupiscunt,

Es sind noch 70 Strophen.

Der zweite Theil hat eine Vorrede mit diesem Anfang:

Ave lucerna celebris,	et omni desiderio,
te lucens lux in tenebris	tuas virtutes canere
omni major præconio	laudes auditas facere etc.

Der Text fängt so an:

Ave, per quam cœlestia	per te suscepit sæculum
amplexantur terrestria,	cum deo pacis osculum.

Die Strophen haben 4, 6 und 8 Verse, die Abschrift ist also lückenhaft, ursprünglich scheinen es aber 150 Strophen gewesen zu seyn.

Schluss:

amen dicat omnis homo,	nt collætetur in domo.
------------------------	------------------------

Darauf steht fol. 100. sequitur secundus color secundæ partis soliloquii s. Bernardi super cantica canticorum ad b. v. Mariam. Anfang:

Ave felix puerpera	complexens omni tempore etc.
--------------------	------------------------------

Es sind 31 vierzeilige Strophen.

Dann heisst es: sequitur tertius modus tertii coloris rethoricalis de eodem ad eandem. Anfang:

Ave sponsa, quæ floribus	quæ innixa sponso deo
digne fulciris omnibus,	cantas, amore langueo
per quam florent omnia;	una super millia.

Es sind 41 Strophen, deren letzte so lautet:

Tibi, Christe, sit gloria	hymnus iste devotus
cum matre tua Maria	tibi semper atque notus
hic et in cœlestibus,	in tuæ matris laudibus.

Da die Hs. defekt ist, so weiss ich nicht, ob diese Gedichte Marienspsalter seyen, ihre Strophenzahl der Abtheilungen und die Behandlung haben aber Aehnlichkeit mit jenen Psalterien. Von dem h. Bernhart sind sie schwerlich, aber wohl nach seinen Schriften gemacht.

XVI. Die Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 135. enthält auch ein Psalterium b. Mariæ, das dem h. Thomas von Aquino zugeschrieben wird. Die Vorrede beginnt also:

Omnibus excelsior	servit huic historia
est ipsa Maria,	cum allegoria,
ad honorem virginis	pariter anagoge
canit prophetia,	cum tropologia.

Das Psalter besteht aus ebenso gebauten Strophen, in deren jeder auf die Anfangsworte des Psalms Rücksicht genommen ist, der zu der Strophe gehört, z. B. der Anfang *Beatus vir*:

Ave virgo virginum,	tuis mater <sup>1</sup> meritis
per quam <i>vir beatus</i>	nostras miseratus
visitavit miseros,	releva miserias
nobis ex te natus.	felix advocatus.

<sup>1</sup> l. matris, oder V. 7 relevet.

XVII. Ein anderes grosses Gedicht an Maria steht in derselben Hs. Bl. 150, betitelt: Soliloquium soliloquiorum s. Thomæ de Aquino ord. præd. Der Eingang fängt so an:

Omni die dic Mariæ laudes mea anima,  
ejus gesta, ejus festa cole splendidissima.

Diese beiden Verse bilden auch den Anfang des Hymnus angeblich vom h. Casimir (*Daniel 2*, 372), aber die folgenden der Hs. sind eigenthümlich:

Exhortando et laudando Mariam commemora,  
nam delere potest vere hæc cuncta facinora.  
Si antiquus inimicus suggerit illicita,  
stellam maris, ne cunctaris, posce mente subdita.  
Si te sentis temptamentis urgeri dæmonicis,  
mox respiras, si requiras matrem summi judicis.

Die Reime antiquus und inimicus sind nicht nach teutscher Aussprache, aber auch nicht nach italiänischer, und der Indicativ cunctaris nach ne ist fehlerhaft; beides lässt sich nicht wol mit Thomas vereinigen. Der Eingang fährt nach obigen Strophen also fort:

Nam si quando te temptando dirus draco læserit,  
suspiranti et oranti pia mater aderit.  
Quod si forte mortis portæ te vicinum sentias,  
crede tamen, quod tutamen per illam suscipias.  
Si te doles ferre moles culparum prementium,  
hanc precare, ut placare possis ejus filium.  
Nam placatum ejus natum nunc habere poteris,  
si fideli mente cœli reginam rogaveris.  
Virga Jesse, quam præesse cunctis sanctis<sup>1</sup> viventibus,  
supplex ora et implora totis hanc visceribus.  
Hanc require, quæ lenire solet corda tristium,  
certus esto, quod sit præsto votis se rogantium.  
Hæc regina de ruina faciet resurgere,  
hæc profecto te directo deducet itinere.  
Ipsa multos jam sepultos fecit reviviscere,  
hæc aversos et submersos potest deo jungere.  
Ipsam ama, ad hanc clama cordis desiderio,  
ut sustentet et præsentet te beato filio.  
Veri solis, si hanc colis, perfrueris lumine,  
hæc adjutus eris tutus ab omni formidine.  
Hoc credendum et fatendum ad honorem domini,  
quod subjecit, quidquid fecit, Christus matri virgini.

<sup>1</sup> besser scis.

Nun geht der Text mit contemplare et mirare fort wie bei Daniel, mit manchen abweichenden Lesarten, bis Str. 23, worauf in der Hs. die Endstrophe der Vorrede folgt:

Pater deus, fili deus, deus alme spiritus,  
per æterna nos gubernata sæcula divinitus.

Explicit præfatio; incipit soliloquium soliloquiorum s. Thomæ de  
Aquino prædicatoris ad s. Mariam v.

Hierauf beginnt der eigentliche Text mit *Virgo salve etc.*, was bei Daniel die Str. 24 ist, und geht bis Str. 51 fort, worauf die letzte Strophe bei Daniel folgt und abermals die Endstrophe: *Pater deus etc.*, so dass also damit der erste Theil des Textes sich schliesst. Der zweite beginnt ohne Ueberschrift mit *Salutaris stella etc.*, was bei Daniel Str. 52 ist, und geht mit diesem fort bis Str. 62. Damit hört das Lied bei Daniel auf, in der Hs. aber stehen noch 205 Strophen mit dem Schlusse: *Pater deus etc.* und der Bemerkung: *explicit prima pars. incipit præfatio secundæ partis.*

*Ut jocundas cervus undas æstuans desiderat. etc.*

Die Vorrede hat 19 Strophen. Der Text des zweiten Theiles beginnt also:

O regina, quam divina prælegit gratia,  
cujus partus sacrosanctus instauravit omnia.

Dieser Theil hat 243 Strophen und schliesst also:

Tibi nato cum beato patre laus et gloria  
flaminique, qui utrique compar est præconia.

Dieser Theil hat einen Abschnitt bei Str. 35, welcher mit *amen* förmlich schliesst. Dann kommt ein zweiter Abschnitt, welcher in andern Handschriften als ein eigenes Lied erscheint. Dann wieder ein Abschnitt von Str. 44 an bis Str. 81, der wie der zweite endigt. Der vierte Abschnitt geht bis Str. 92 und schliesst mit *amen*. Der eigentliche Schluss ist aber Str. 95. mit den Worten: *ut æternam vitæ cernam nati tui gloriam. amen.* Der fünfte Abschnitt endigt mit Str. 106, welche durch die Schlussformel: *Pater deus etc.* kenntlich ist, und an deren Ende *amen* steht; der sechste Abschnitt geht ohne Ueberschrift fort bis Str. 132, wo abermals dieselbe Schlussstrophe erscheint. Der siebente geht bis Str. 148 mit demselben Schluss und *amen*. Der achte schliesst mit Str. 176, der neunte mit Str. 190 auf dieselbe Art wie der sechste, und der zehnte geht bis Str. 216, der elfte bis zu Ende des Gedichtes.

Eine andere Eintheilung der Abschnitte ergibt sich aus den Paragraphenzeichen (q), welche in der Hs. manchen Versen vorgesetzt sind, und mit den Schlussformeln theils überein stimmen, theils davon abweichen. Hiernach hat der zweite Theil folgende Absätze:

I von Str. 1 bis 7. II von Str. 8 bis 25. III von Str. 26 bis 43, so dass bei Str. 37 kein Zeichen steht, wo doch eines hingehört. IV von Str. 44 bis 81. V von 82 bis 95. VI von 96 bis 106. VII von 107 bis 117. VIII von 118 bis 124. IX von 125 bis 132. X von 133 bis 148. XI von 149 bis 176. XII von 177 bis 191. XIII von 192 bis 200. XIV von 201 bis 208. XV von 209 bis 216. XVI von 217 bis 230. XVII von 231 bis 236. XVIII von 237 bis zu Ende.

Was die beiden Theile betrifft, so zeigen sie zuvörderst eine Gleichmässigkeit des Umfangs, der erste 38 Strophen Vorrede, der zweite die Hälfte 19, der erste Text 268 Strophen, der zweite 262. Die Vorrede des ersten Theiles hat aber mit Strophe 19 einen Abschnitt, was noch mehr auf eine absichtliche Gleichmässigkeit hinweist. Der zweite Theil hat 18, eigentlich 19 Abschnitte,

der erste 20, worunter jedoch einige ganz kurze sind, die vielleicht nur einen ausmachen. Man erkennt daran, dass die Zahl 19 oder 20 bei den Strophen der Vorreden und den Abschnitten der Texte festgehalten ist, die sich aber aus einer Hs. allein nicht genau ermitteln lässt. Dass die Abschnitte zusammen gehören, ergibt sich schon aus dem eigenthümlichen Versmass und es kann daraus, dass einzelne Abschnitte als besondere Lieder in andern Handschriften vorkommen, noch nicht gefolgert werden, dass dieses grosse Gedicht aus Liedern verschiedener Verfasser zusammen gefügt sey. Auch *der* Umstand, dass die Abschnitte bald an Maria, bald an Christus gerichtet sind, kann nicht für mehrere Verfasser geltend gemacht werden, denn in den Abschnitten an Christus wird stets die Beziehung auf Maria eingeflochten, wodurch der Zusammenhang des ganzen Gedichtes bewahrt ist.

Aus dieser Darlegung geht hervor, dass der Hymnus *Omni die* die Mariæ nicht von dem h. Casimir seyn kann, der 1484 starb, indem diese Hs. um 100 Jahre älter ist, sondern dass Casimir einen Theil des grossen Gedichtes zu seiner täglichen Andacht auswählte und so lieb gewann, dass ihm eine Abschrift davon in sein Grab mitgegeben wurde, wouach der Abdruck in den *Acta SS. Mart. 1, 357* gemacht wurde, den Daniel wiederholte. Die Bollandisten haben nicht bewiesen, dass Casimir der Verfasser sey, wol aber kann man nachweisen, dass einzelne Theile des grossen Gedichtes als besondere Lieder in Hss. vorkommen, wovon ich ihres Ortes Beispiele gebe, was die Annahme, dass Casimir auch ein solches Bruchstück ausgewählt habe, bestärkt.

### 505. *Letania de domina nostra virgine Maria.*

Sancta Maria, porta cœli, introitus paradisi, sacrarium spiritus sancti, ora pro nobis benedictum ventris tui fructum.		S. M. lucidissima maris stella, salus mundi. ora.	20
	5	S. M. claritas cœlorum, destructio inferorum, restauratio et emundatio cœli et terræ. ora.	25
S. M. stirps patriarcharum, vaticinium prophetarum, solatium apostolorum, rosa martyrum, prædicatio confessorum, lilium virginum. ora.	10	S. M. terror dæmoniorum, pavor spirituum immundorum. ora.	
S. M. spes humilium, refugium pauperum, portus naufragantium, medicina infirmorum. ora.	15	S. M. indulgentia peccatorum, veniæ gremium, pacis asyllum. ora.	30
S. M. imperatrix reginarum, salvatrix animarum. ora.		S. M. aula æterni regis, lectulus Salomonis,	

- palatium veri pacifici,  
cubile cœlestis sponsi. ora.
- S. M. intacta 35  
virgo incorrupta,  
super omnes  
mulieres  
benedicta. ora.
- S. M. melliflua miseratio mise-  
rorum, 40  
dulce solamen afflictorum. ora.
- S. M. virtus fragilium,  
constantia trementium,  
fortitudo laborantium. ora.
- S. M. benedicta protectio 45  
humani generis,  
portus et susceptio  
ad te confugientium,  
aureum misericordiæ  
propiciatorium. ora. 50
- S. M. via vitæ,  
causa viæ,  
omnis boni copia. ora.
- S. M. laus animarum 55  
sanctarum,  
spes reorum,  
pes lapsorum,  
indeficiens gaudium angelorum.  
ora.
- S. M. mater luminis,  
templum veri numinis, 60  
nutrix summi domini. ora.
- S. M. quæ stella solem,  
virgo generas prolem,  
virga Christum germinas florem.  
ora.
- S. M. quæ haustum fœcis, 65  
gustum necis  
sancto partu tuo exterminasti. ora.
- S. M. ex qua vitæ botrus,  
auctor pacis prodiit,  
et te duce pulsus 70  
luce peccator rediit. ora.
- S. M. gemma pudicitiae,  
norma justitiæ,  
mater prolis  
æterni regis. ora. 75
- S. M. quæ Theophilum  
diabolo mancipatum  
potenter eripuisti,  
et aliis quam plurimis  
pæne desperatis 80  
succurristi. ora.
- S. M. ex qua salus oritur,  
per quam culpa moritur,  
spes homini restauratur. ora.
- S. M. quæ castitatis liliū . 85  
genuisti miseris in auxilium. ora.
- S. M. tu firmata in Sion,  
virga florens Aaron,  
madidum vellus Gedeon. ora.
- S. M. quæ parvi et magni 90  
salvatoris Christi  
templum extitisti  
et virgo inviolata permansisti. ora.
- S. M. tu floris et roris,  
panis et pastoris, 95  
virginum regina,  
rosa sine spina. ora.
- S. M. quam collaudat cœlestis  
curia,

cujus viscera contra moris fœdera ediderunt filium. ora.	100	S. M. cujus forma desiderabilis, virtus ineffabilis, suavitas inæstimabilis. ora.	20
S. M. virginum lucerna, per quam fulsit lux superna. ora.		S. M. nobilis puerpera, mater sine macula, quæ lavantem maculam sæculi genuisti. ora.	25
S. M. de qua nasci et de cujus lacte pasci rex cœlorum voluit. ora.	5	S. M. cujus germen divinum calcat caput serpentinum, tergit fletum vespertinum, reddit lætum matutinum. ora.	
S. M. cujus mirabilis et laudabilis est virginitas, quam totam possedit et illuminavit divinitas. ora.	10	<i>oratio.</i> S. M. tu castitatis lilium, tuum precare filium, qui salus est humilium, ne nos pro nostro vitio in districto iudicio subjiciat supplicio, sed nos tua sancta prece mundans a peccati fæce collocet in lucis domo, quam per te recepit omnis homo. amen.	30 135
S. M. filia Jerusalem, quæ protulisti in Bethlehem gloriosam progeniem. ora.	15		
S. M. quam laudant adolescentulæ, sponsus vocat in meridie, invocant miserorum animæ. ora.			

Hs. zu Mainz, Karth. No. 622. Bl. 139 flg. aus dem 12 Jahrh. Den Anfang der Litanei habe ich nicht mitgetheilt, weil er mit dem Kirchentext *kyrie eleison* beginnt und daher nicht gereimt ist. Ebenso habe ich mehrere Stellen im Contexte ausgelassen, weil sie ebenfalls nicht gereimt sind.

32 Salemonis Hs. 41 mit der Lesart: *dulcis consolatio*, würde es eine vierzeilige Strophe bilden. 49 durch die Umstellung: *mis. aur.* würde der Reim berichtigt. 63 *generans* Hs. 64 *germinans* Hs.

V. 2. *porta cœli*, bei den Griechen auch *τοῦ λόγου πύλη*. Jan. 15.

V. 26. *τῷ σῶ τόκῳ, παρθένε, πᾶσα κατηγορήθη τοῦ ἀλάστορος ἰσχὺς καὶ ἠφάνισται τῶν δαιμόνων στρατεύματα*. Oct. 9.

V. 102. Dies bezieht sich auf die klugen Jungfrauen, womit Maria verglichen wird, weshalb sie *νυμφῶν φωτοφόρος* heisst. Oct. 3. Damit hängt auch ihr Beinamen *λαμπὰς ἢ ἄσκιος* zusammen. Jul. 25. S. No. 372, 37.

V. 128. *fletus vespertinus* bezieht sich auf die Klagen der Väter des alten Testaments, welche auf die Ankunft des Messias harrten. Vgl. No. 327, 1.



## 506. Rosarium b. v. Mariæ.

Suscipe rosarium, virgo, deauratum, Jesu per compendium vitâ decoratum. Ave Maria.		Qui juxta ritum hominis passus circumcisionem dulcis Jesus nominis cepit impositionem.	35
Quem virgo carens vitio de flamine concepisti, dum Gabrieli nuntio humillime consensisti. a M.	5	Qui a tribus regibus ferventer adoratur magnisque muneribus decenter veneratur.	40
Quo imprægnata citius cognatam visitasti Johannemque celerius in ventre sanctificasti.	10	Quem die quadragesima in templo præsentasti ac Moysi legitima spontenee subisti.	
Quem civitate Bethlehem lætando genuisti, neque dolorem aliquem gignendo pertulisti.	15	Quem Herodem fugiens Aegyptum adduxisti, tandem inde rediens ad Nazareth venisti.	45
Quem regis David genere mox natum adorasti ac vagientem ubere virgineo lactasti.	20	Quem ad festa transiens dolenter perdidisti, sed mox templum adiens gaudenter reperisti.	50
Quem pannis et fasciis constrictum reclinasti et suis obsequiis te totam mancipasti.		Quem manuum per opera sollicite nutriti et in ætate tenera in omnibus providisti.	55
Quem magno cum tripudio angeli laudaverunt pacemque cum gaudio in terris cecinerunt.	25	Quem in Jordanis flumine Johannes baptizavit et agnum dei digito mundo demonstravit.	60
Quem pastorem omnium pastores cognoverunt, dum in præsepe dominum jacentem invenerunt.	30	Quem satanas astutiis trifarie tentavit, salvator sed versutiis prudenter obviavit.	

Qui tuo pro oraculo  
aquam in vinum mutat,  
in quo suos miraculo  
discipulos confirmat.

Qui obsessos plurimis  
dæmonibus salvavit  
ac infirmos variis  
languoribus curavit.

Qui Lazarum cum filio  
viduæ suscitavit,  
puellam cum prodigio  
ad vitam revocavit.

Qui cum peccatoribus  
frequenter manducavit  
hisque pœnitentibus  
peccata relaxavit.

Cujus pedes lacrimis  
peccatrix irrigavit  
dolensque ex intimis  
veniam impetravit.

Qui in monte deforis  
Thabor transfiguratur  
et gloriosi corporis  
majestas declaratur.

Cum palmis celeriter  
in urbem quem duxerunt,  
vespere sed turpiter  
vacuum dimiserunt.

In cœna qui novissima  
pedes suorum lavit  
escâque nobilissimâ  
cum sanguine cibavit.

In horto mente anxia  
prolixè qui oravit  
et aquam præ tristitia  
cum sanguine sudavit.

65 Quem viri malefici  
crudeliter vinxerunt  
Annæque pontifici  
ligatum adduxerunt.

70 Vultum cujus turpibus  
sputis maculabant  
et pugnarum ictibus  
dire verberabant.

75 Quem Pilati sedibus  
damnandum præsentabant  
atque falsis testibus  
dolose accusabant.

80 A Judæis exhibitum  
Herodes quem invisit,  
sed per despectum habitum  
ut fatuum remisit.

Quem indutum purpura  
columnæ alligatum  
corona pungit spinea,  
flagellis verberatum.

85 Quem conscissum vulneribus  
milites subsannarunt  
ac „crucifige“ vocibus  
Judæi conclamarunt.

90 Ut reum quem sceleris  
Pilatus condemnavit,  
crucis lignum humeris  
propriis bajulavit.

95 Calvariaë quem vestibus  
loco exuerunt  
et manus cum pedibus  
cruci affixerunt.

100 Pro suis tortoribus  
attente hic precatur,  
dum crucis doloribus  
extensus tenebatur.

Qui latroni omnia crimina dimisit ac paradisi gaudia illico promisit.	40	Cujus corpus sanctissimum de cruce receperunt et sepulchrum mundissimum eidem aptaverunt.	70
Qui Johanni discipulo te matrem commendavit, quem tibi in patibulo in filium donavit.		Qui virtute propria a morte resurrexit teque a tristitia discipulosque erexit.	75
Qui se relictum ab omnibus dum patri querulatur, inimicorum vocibus turpiter blasphematur.	45	Super cœlorum sidera ascendit virtuose atque in patris dextera residet gloriose.	80
Qui dum exhaustis viribus „sitio“ clamavit, fel et acetum faucibus miles propinavit.	50	Qui pentecostes tempore spiritum emisit, apostolis pro fœnore ante ut promisit.	
Qui prophetarum edita consummans passione, primi parentis debita persolvit ratione.	55	Qui te super æthera potenter exaltavit et in sua dextera decenter collocavit.	85
In manus patris tradidit spiritum pretiosum, alta voce dum edidit canticum dolorosum.	60	Propter mundi scelera qui <i>judex est venturus</i> , singulorum opera strenue <i>discussurus</i> .	90
Crucis mortem subiens in pace obdormivit, electos eripiens infernum introivit.		Dira qui supplicia est reprobis daturus, sed electis gaudia æterna collaturus.	95
Satelles latus domini lanceâ perforavit, hinc aqua juncta sanguine abunde emanavit.	65	Orantibus rosarium aureum tuæ matris, Jesu Christe, propitium fac vultum tui patris.	200

Aus einer Bronnbacher Hs. des 15 Jahrh. (A) und im Antidotarium animæ, f. 75 (B). Der ersten und letzten Strophe nach heisst dieses Lied der *goldene Rosenkranz*, und da hinter jeder Strophe *Ave Maria* steht und der Text von 10 zu 10 Strophen grössere Anfangsbuchstaben hat, so sieht man daran deutlich,

dass es ein gereimtes Gebet zu den 50 Ave Maria des Rosenkranzes seyn soll. Nach jeder zehnten Strophe steht daher in B: die unum Pater noster.

21 et fehlt in AB. 34 Jesu B. 53 propera f. per op. A. 56 in kann wegbleiben. 57 in fehlt AB. 59 et agnoscens nomine B. 60 digito monstravit B. 63 salvatorem AB, sed fehlt. 68 confirmavit A. 85 in monte Tab. de f. B. 86 qui tr. B. 113 a fehlt A. 116 factum B. 121 confossum B. 124 declam. A. 126 quem damn. A. 145 ab fehlt B. 148 blasphemabatur A. 150 cantavit AB. 154 consumens AB. 160 dulcorosum AB. 181 ipsum f. tempore A.

V. 1. rosarium. Das Marienlob von 1500 sagt Strophe 14:

Maria tregt den rosenkrantz	die heilig trifalt dar inn gantz
nach himelischer ordinantz.	hat sich geflochten ir zu ern.
drei rosen geben liechten glantz,	

Bei den Irländern heisst der Rosenkranz corón Mhuire, *corona Mariæ*, wofür im Lateinischen nur sertum steht. Die Gebetvereine des 15 Jahrh., die man Rosenkranzbruderschaften hiess, gaben die hauptsächlichste Veranlassung zu solchen Liedern.

V. 13. Bethlehem. *γέννημα χώρας ὁ Χριστός, ὁ ἐν Βεθλεὲμ γεννηθεὶς, ἧπερ οἶκος ἄγτου σημαίνεται, οὐπερ ἄγευστοι γεγονότες Ἰουδαῖοι εἰς δαιμόνων ἀπήχθησαν χώραν. ἀγρὸς δὲ εὐλογημένος ὑπὸ κυρίου διηλοῖ Χριστοῦ τὴν ἐκκλησίαν. Origenes in thren. 4, 9. Vgl. No. 67, 43.*

V. 15. Die schmerzlose Geburt Mariä erklären die Menäen als Gegensatz der Geburtswehen, die Gott der Eva vorhergesagt hat, *λελύτρωται τῶν ὠδίνων ἡ Ἔνα, πανάμωμε, ἀνωδίνως σοῦ τεκούσης Χριστόν, τὰ πάθη πάντων καὶ ὀδύνας σαφῶς θεραπεύσαντα. Aug. 20.*

V. 185. *οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑψηλοτέρα. Jul. Bl. 22.*

V. 190. 192 sind aus der Sequenz Dies iræ genommen.

Ein Rosenkranzlied (rosarium) auf Maria steht in der Münchener Hs. Clm. 11741 fol. 152 aus dem 15 Jahrh. mit diesem Anfang:

O Maria florens rosa.

Eine Hs. im Karlsruher Archiv enthält auch ein Rosarium Judoci Beisseln, viri germani. Die Vorrede lautet also:

Quisquis amat roseam genitrici offerre coronam  
virginæ, hoc dicto carmine purus erit;  
nanque colens sacros Christi matrisve dolores  
fit sacer et lætis cernet utrunque oculis.  
Audiit hæc raptu Treverum Carthusius olim  
versari angelicis florida sarta choris,  
ut quotiens nomen resonaret dulce Mariæ,  
curvabat totiens turba canora caput,  
nominis atque Iesu simul ac vox alta redibat,  
plaudebant flexis agmina poplitibus.  
Finierant roseos cantus simul ista precantur:  
„gratia sit terris, gloria magna polis!“  
Annuit omnipotens votis placidusque remisit  
cunctorum culpas, qui pia sarta dabunt.

Incipit rosarium Judoci Beisseln.

Quem tibi virgineo vultu demissa pudore  
spiratum affatu concipis angelico,  
Ave Maria.

So sind es 50 Distichen, mit folgendem Schlusse: Pater noster.

Ipsi æternus honos maneat semperque fruatur  
gloria adoratum jam sine fine deum;  
te simul ista beent, genitrix miranda parentis,  
dulcius in vasto qua nihil orbe patet,  
teque mali puram quæ concepisse probatur,  
Anna ferax, nostro semper ab ore sonet.

Nach der Schlussanzeige war der Dichter Bürger zu Aachen (civis Aquensis) und Licentiat beider Rechte des Gymnasiums zu Löwen, und lebte noch 1493.

Ein Rosarium ex floribus vitæ et passionis d. n. Jesu Christi consortum, rosis quoque quinque gladiatorum virginis intemeratæ intertextum, hat Sebastian Brand in sapphischen Strophen gemacht, welches in seinen Carmina in laudem gloriosæ v. Mariæ steht (s. l. e. a. aus dem 15 Jahrh.). Eine teutsche Bearbeitung des Rosenkranzes ist folgende: Unser lieben frawen rosenkrantz. Ulm 1494 in Duodez.

Ein italiänisches Rosenkranzlied aus einem fliegenden Blatt von Mailand will ich hier anfügen.

Lode bellissima alla b. v. Maria del s. rosario.

Al rosario su venite,  
tutti ch'il ciel bramate  
e che il ben desiderate,  
su venite e poi gioite.

Al rosario, gran signori,  
che ricchi vi farete  
e da lei riceverete  
delle grazie i suoi tesori.

Al rosario voi, che siete  
allevati in povertade,  
da Maria in caritade  
ajutati pur sarete.

Al rosario voi mercanti  
con l'ajuto di Maria,  
sempre in vostra compagnia  
vi darà i gaudj tanti.

Al rosario artigiani,  
che i sudori qual patite,  
e gli stenti, che soffrite  
non saranno giàmai vani.

Al rosario voi soldati  
sotto il manto di Maria,  
che per ogni luogo e via  
voi sarete assicurati.

Al rosario maritate  
con l'esempio di Maria,  
mostrerà, quanto ben sia  
immitar le sue pedate.

Al rosario vedovelle,  
che Maria sempre vi vuole  
consolarvi, come suole  
far con tutte l'altre belle.

Al rosario travagliati,  
voi afflitti, voi dolenti,  
che per lei sempre contenti  
resterete consolati.

Al rosario marinari  
con la vostra fida stella,  
è Maria sì chiara e bella,  
che raffrena tutti i mari.

Al rosario pellegrini,  
a Maria, ch'è vostra guida,  
che con la sua scorta fida  
vi torrà dagli assassini.

Al rosario verginelle  
alla vostra alma regina,  
tutt' il mondo a lei s' inchina,  
sole e luna ed altre stelle.

Al rosario voi infermi,  
sordi, muti, ciechi e zoppi,

che voi tutti senza intoppi  
viverete sani e fermi.

Al rosario peccatori  
a Maria, ch'è sì clemente,  
che perdono a chi si pente,  
otterà de' suoi errori.

Al rosario giusti e santi,  
a lodar sempre Maria,  
e con grata melodia  
frequentate questi canti.  
al rosario giusti e santi!

So wird der erste Vers jeder Strophe am Schlusse derselben wiederholt.

### 507. Oratio, quæ dicitur crinale beatæ Mariæ virginis.

*Ave, Salve, Gaude, Vale,*  
*o Maria, non vernale,*  
sed his rosis spiritale  
tibi plecto nunc crinale  
figurarum flosculis.

*Ave virgo, sponsa nata,*  
*mater Christi sublimata,*  
ab æterno ordinata,  
ab antiquo prophetata,  
dei placens oculis.

*Ave rosa delicata,*  
quæ de regum ramis nata  
es trans cœlos exaltata  
et per mundum dilatata,  
sis nobis umbraculum.

*Ave cœlum deitatis,*  
*paradisus voluptatis,*  
*aula summæ majestatis,*  
*templum sanctæ trinitatis,*  
Christi tabernaculum.

*Ave sponsa dedicata,*  
*paranympho salutata,*  
deo patre obumbrata

pneumateque imprægnata,  
genitrix verbigenæ. 25

5 *Ave virgo gravidata,*  
rubeo Moysi signata,  
igne sacro inflammata,  
per te simus, advocata,  
cœlici indigenæ. 30

10 *Ave mater Salomonis,*  
digna sceptris et coronis,  
digna summis nati donis,  
quæ in cœli regnas thronis,  
o regina gloriæ! 35

15 *Ave vivus fons hortorum,*  
quem mens sitit contritorum,  
lava labem peccatorum,  
nectar præbe supernorum,  
o pincerna veniæ! 40

20 *Ave clara stella maris,*  
qua processit lux solaris,  
quæ per montem designaris,  
unde lapis angularis  
venit sine manibus. 45

- Ave fulgens archa dei,  
cujus nitor speciei  
lucem superat diei,  
tota virtus meæ spei  
his intende precibus! 50
- Salve arcus aërinus,  
colorosus, non supinus,  
clare lucens vespertinus,  
quem illustrat sol divinus,  
stans in signum fœderis. 55
- Salve campi flos, qui miris  
fulges signis, dum oriris,  
mox a tuis dum sentiris,  
favum mellis elargiris,  
dos divini muneris. 60
- Salve o columna ignis,  
nec non nubis miris signis  
nos educens a malignis,  
per desertum junge dignis  
in promissa patria. 65
- Salve virga Jesse, florem  
fers, qui cœlis dat odorem,  
tibi virgo fert decorem,  
suavem terræ dat dulcorem  
profugando vitia. 70
- Salve mater benedicta,  
in qua nulla sunt delicta,  
Evæ jugo non astricta,  
nec in partu es afflicta,  
sed enixa jubilans. 75
- Salve humilis ancilla  
dei veri, quem pusilla  
tua lactas ex mamilla;  
luci frui fac nos illa,  
in qua fulges rutilans. 80
- Salve virgo singularis  
mater tamen miri maris,  
unde sola expers paris  
digne cunctis dominaris  
in supremo solio. 85
- Salve Saba generosa  
o regina gloriosa,  
dona regis pretiosa  
impertire gratiosa  
nobis in exilio. 90
- Salve, cui dulce fari,  
de qua pium meditari,  
in qua suave jocundari,  
quam beatum amplexari  
in amoris brachiis! 95
- Salve speculum virtutum,  
sis certanti mihi scutum,  
hostem reprimens versutum,  
mole carnis me exutum  
cœli junge gaudiis. 100
- Gaude, cujus ob dulcorem  
cor liquescit per amorem,  
hinc affectus ad candorem  
mens discurrit post odorem  
tuum, vernans lilium. 105
- Gaude thronus, quem dum stravit,  
ebur candens adaptavit,  
auro fulvo decoravit  
deus, in quo collocavit  
regem suum filium. 110
- Gaude lampas, quam extruxit  
deus orbi, quæ dum luxit,  
nova nobis tunc illuxit,  
quæ ad lucem nos reduxit  
lux inexstinguibilis. 115

- Gaude summa creatura,  
mater vera, virgo pura,  
quæ naturæ frangis jura,  
quando in te fit factura  
factor admirabilis. 120
- Gaude fructuosa tellus,  
madens Gedeonis vellus,  
quod perfudit ros novellus,  
quo vestitur et agnellus  
dei patris unicus. 125
- Gaude gaudium sanctorum,  
in qua gaudet rex cœlorum,  
quam honorat plebs justorum,  
quam in ævum angelorum  
cantus canit melicus. 130
- Gaude stellis coronata,  
solis luce trabeata,  
sub qua luna est locata,  
semper manens illibata,  
cingens virum femina. 135
- Gaude schola disciplinæ,  
glossa legis, fons doctrinæ,  
vas cœlestis medicinæ,  
his, quos culpæ pungunt spinæ,  
funde medicamina. 140
- Gaude virgo lætans laude  
et sic vitam nostram claude,  
ut, qui dicunt tibi gaude,  
semper tecum sint in laude  
in cœlorum culmine. 145
- Gaude, quia semper tecum  
deus manet et tu secum,  
per quem precor, ut sis mecum  
et cor meum lustres tecum  
vultus tui lumine. 150
- Vale florens et amœna,  
ante ortum luce plena,  
sed in ortu plus serena,  
quam non stringit gelu pœna,  
puritatis viola. 155
- Vale virga aridosa  
Aaron, prodigiosa  
fronde, flore germinosa,  
fructu valde speciosa,  
proferens amygdala. 160
- Vale urna, manna, merum,  
panem cœli portans verum,  
qui conservat cor sincerum  
et in finem est dierum  
omnibus sufficiens. 165
- Vale vitis, quam plantavit  
pater, verbum fecundavit,  
lenis auster dum perflavit,  
botrus Cypri pullulavit  
mire nos reficiens. 170
- Vale rubens et decora,  
veri solis tu aurora,  
clare fulges omni hora,  
visitando nos irrorata  
suavitatis balsamus. 175
- Vale thorus delicatus,  
manu dei fabricatus,  
dei digito ornatus,  
Christo sponso præparatus  
castitatis thalamus. 180
- Vale prudens advocatrix,  
o Abigayl placatrix,  
sola mundi reparatrix,  
Moabitis Ruth oratrix,  
Sunamitis regia. 185



- Vale pulchra Judith fortis,  
neca trucem ducem mortis,  
Hester nos de mortis portis  
duc, ut simus tuæ sortis  
in cœlesti curia. 190
- Vale semper et lætare  
et quod digne collaudare  
te nequimus, hoc dignare  
tu pro laude acceptare,  
laus humani generis. 195
- Vale virgo, tibi clamo,  
o Maria, nam te amo,  
pietatis tuæ ramo  
solve me de mortis hamo,  
collocans in dexteris. 200
- O Maria, dulcor florum,  
virtus myrti, arx cedrorum,  
vis malorum punicorum,  
cella fragrans unguentorum  
ollaque vinaria. 205
- O Maria, flos rosarum,  
cinnamomi, olivarum,  
nardi Cypri ac palmarum,  
myrrhæ, thuris, fistularum  
vincis pigmentaria. 210
- O Maria, clausa porta,  
clausus hortus, nos conforta,  
tu de stirpe regum orta,  
paradiso nos reporta,  
virginum primitiæ. 215
- O Maria mellis crater,  
te elegit deus pater,  
ejus nato ut sis mater  
qui per te est nobis frater,  
o inventrix gratiæ! 220
- O Maria, regis veri  
virga aurea Assueri,  
iram judicis severi  
scis lenire, ut mederi  
malit quam percutere. 225
- O Maria insignita,  
turris David præmunita,  
in supremo cœli sita,  
per te cohors sit contrita,  
quæ nos cupit lædere. 230
- O Maria, tu sublimis  
scala cœli, pressos nimis  
duc in altum nos ab imis,  
copulando nos opimis  
supernorum civium. 235
- O Maria, sponsa dia,  
quam cœlestis hierarchia  
jugi laudat symphonia,  
audi preces, mater pia  
tibi supplicantium. 240
- O Maria, semper ave,  
sertum hoc ne ducas grave,  
summum Christi tu conclave,  
te ut laudem, mihi fave  
perpeti memoria. 245
- O Maria, recreamen,  
placa patrem, natum, flamen,  
ut finale post examen  
sanctis nos conjungat, amen,  
in superna patria. 250

ad b. virg. M. (D). Reichenauer Hs. zu Karlsruhe No. 36 f. 167 des 14—15 Jahrh. (E). Der letzte Theil des Gedichtes von V. 201—250 kommt auch als ein besonderes Lied vor in der Hs. von S. Peter zu Salzburg S, 282 des 15 Jahrh. (F) und in der Hs. IV, 38 daselbst aus gleicher Zeit (G), wie diess auch mit andern Gedichten geschah, die man theilweis als selbständige Lieder gebrauchte. S. No. 419.

Das Gedicht kommt in manchen Hss. vor, worin es verschieden benannt wird. In A steht am Schlusse: *Sertum Mariae* hæc oratio dicitur, quia ex quinquaginta *rosulis* componitur. Also deutlich ein Lied zum Rosenkranze. Es steht auch in einer Hs. zu Colmar mit folgender Bemerkung: *Incipit crinale* b. M. v. ex 50 *rosulis*, quarum cuilibet correspondet ricmus spondaicus, quod membrum cum jambo confinali scriptum ad laudem b. M. v. Hiernach ist *rosula* eine Strophe, gleichsam ein Blumenstrauss, *ricmus spondaicus* ein klingender oder weiblicher, d. h. zweisylbiger Reim, dessen Ton auf der vorletzten Sylbe liegt, *jambus* ein stumpfer oder einsylbiger Reim, *jambus confinalis* ein überschlagender Reim, der die Schlussverse zweier Strophen verbindet. Das Gedicht hat also 25 Strophenpaare, woraus abzunehmen ist, dass andere Grusslieder von gleichem Umfang, deren Strophen halbirt werden können, ebenfalls für den Rosenkranz als Zwischenlieder bestimmt waren, wovon No. 509 und 10 Beispiele geben.

Zu diesem Gedankenkreise gehören auch folgende Aeusserungen in einer teutschen Abhandlung über den Rosenkranz (Hs. zu Mainz, Karth. No. 570. Bl. 85, des 15 Jahrh.): „Daz Ave Maria ist woile ein rose genant, wan als eyn rose funff uszerlich bleder hait, also hait daz Ave Maria fünff adder gesez an yme. Daz erste ist: ave Maria, daz ander: volle genaden, daz dritte: der herre ist mit dir, daz vierde: gebenediet bist du yn den frauwen, daz funffte: und gebenediet ist die frucht dines libes Jhesus Christus.“ Mit dieser sinnreichen Vergleichung begnügte man sich nicht, sondern, da der Namen Maria fünf Buchstaben enthält, so wurden auch diese auf den Rosenkranz bezogen, wie es in derselben Hs. Bl. 89 heisst: „Maria ist einer rosen woil geglichet, wan also ein rose funff bleder uszwenig hait, also hait der name Maria funf buchstaben, bij den mag man versteen die funff freuden unser frauwen, die sie hatte, do sie Christum entphing, do sie yn gebar, do er von dem tode offstunde, do er zu hiemel fur, und do sie auch in den hiemel wart von ym und sinen engeln gefuret.“ Noch eine andere Erklärung des Namens steht bei Daniel 2, 33.

Jedes Grusswort wird in obigem Liede als Akrostichis in 10 Strophen wiederholt und ebenso die Anrufung *O Maria* in den 10 letzten Strophen. In den Hss. von S. Peter in Salzburg S, 282. und VI, 3. wird das Gedicht als *Sertum spirituale* dem h. Bernhart zugeschrieben wie in D, aber in der Tegernseer Hs. zu München No. 1824 des 15 Jahrh. dem Konrat von Heimburg, Prior zu Gaming, nicht Abt zu Gemnitz, wie *Rambach* schreibt (Anthol. p. 348). Mit Konrads Behandlungsart stimmt das Gedicht überein.

Die Anfangsworte des obigen Gedichtes trifft man auch in andern Liedern an, die vielleicht ebenso zum Rosenkranze gebraucht wurden. S. No. 122, 58. No. 414. Die Tegernseer Hs. zu München No. 1824 des 15 Jahrh. enthält ein grosses Gedicht in sechszeiligen Strophen mit diesem Anfang:

Ave, gaude, vale, plaude,                      salve virgo nobilis.

Jedes dieser Grussworte hat 10 Strophen, also das Ganze 50 Strophen, wodurch seine Bestimmung als Rosenkranzlied deutlich ist.

Nach dem Rosenkranze hat man auch Lieder eingetheilt, die zufällig oder absichtlich 50 Strophen haben, z. B. den jubilus s. Bernardi: Jesu dulcis memoria, in fünf Dekaden von vierzeiligen Strophen. Mehrere Rosenkranzlieder findet man in den Flores decerpti ex paradiso animæ christianæ, *Jacobi Merlo-Horstii*. Viennæ 1712. S. 140. 167. 234.

V. 7. paradus. S. No. 262, 209. No. 507, 17. No. 471, 5.

V. 8. cœlitus prævisi, die Auserwählten Gottes. Matth. 20, 16.

V. 11. Weil durch die Erlösung ein Theil der Menschen zur Seligkeit gelangt, welche die bösen Engel verloren haben, so wird Maria als die menschliche Vermittlung dieser Gnade restauratrix angelorum genannt. Auch den guten Engeln war die Erlösung zum Heile. Crux Christi non solum nobis sed et angelis cunctisque in cœli virtutibus profuit et aperuit sacramentum, quod antea nesciebant. Hieron. in ep. ad Eph. 3, 10.



V. 14. Holofernes, figürlich der Teufel, dem Maria den Kopf zertreten, wie Judith jenen enthauptet hat, daher sie mit dieser verglichen wird. No. 507, 186. 187. Maria wird daher auch genannt: *ξίφος δίστομον, ἐχθροῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσα*. Mart. 9.

V. 24. Apocal. 22, 19. Luc. 10, 20. Gleichbedeutend damit ist: *ἀνάπανσον τοὺς δούλους σου ἐν χώρᾳ ζώντων*. Triodium B, 6.

### 514. Salutatio ad s. Mariam.

Ave decus virgineum, ave jubar æthereum, ave filia patriarcharum, ave desiderium prophetarum, ave thesaurus sanctorum apostolorum.	5	Ave cœlorum regina, cui plenariter divina est infusa gratia.	25
Ave laus martyrum, ave glorificatio sacerdotum, ave decus et corona virginum, ave gloria cœlorum, ave gaudium sanctorum angelorum.	10	Ave spes mea, ave fiducia mea, ave consolatio mea, ave refugium meum, ave tota vita mea.	30
Ave salus miserorum, ave mater creatoris omnium et salvatoris suorum fidelium.	15	Gaude dei genitrix, virgo immaculata; gaude, quæ gaudium ab angelo suscepisti; gaude, quæ genuisti æterni luminis claritatem, gaude mater Christi. gaude sancta dei genitrix virgo;	35
Ave laudanda et glorificanda ab omni creatura!	20	tu sola mater intacta, te laudat omnis factura genitricem lucis; sis pro nobis, quæsumus, perpetua interventrix.	40
Ave gloria, gaudium et corona omnium sanctorum!	45		

Hs. der Stadtbibliothek zu Mainz, Karth. No. 640. fol. 78. aus dem 12 Jahrh.

In obigem Liede und in No. 515. 516. trifft man viele Ausdrücke und Bezeichnungen an, die in den späteren Liedern des 13 bis 15 Jahrhunderts häufig vorkommen, aber, wie das Alter dieser Hs. beweist, schon in der früheren Kirchendichtung gebräuchlich waren.

40 der Reim fordert virgo genitrix.

V. 7. μαρτύρων στεφάνωμα. Aug. 24.

V. 24. regina caelorum, so auch No. 516, 25., weil Christus rex caelorum ist. No. 516, 119. No. 519, 19. No. 262, 231.

V. 30. τῶν ἀνθρώπων καταφυγή. Aug. 24. κραταιὰ καταφυγή, πρὸς σὲ καταφεύγομεν. Oct. 2.

V. 32. Für dei genitrix sagt *Athanas.* comm. in Luc. p. 33 (opp. t. 4) κυριοτόκος Μαρία, dominipara; denn unter dominus wird vorzugsweise Christus verstanden. S. No. 391, 2. No. 512, 130. Die *Paraclet.* 169. erklärt den Namen also:

Σὲ τὴν τεκοῦσαν  
τὸν θεὸν θεοτόκον δοξάζομεν,  
τῷ γεννήματι τῷ σῷ

προσηγορίαν ἀρμόζοντες  
καὶ κλήσιν κατάλληλον,  
πάντα γνε δέσποινα.

Folgendes niederländische Gedicht wiederholt die Gruss- und Anrufungsworte eben so häufig am Anfang der Verse wie obiges Lied, gehört aber dem Inhalt nach mehr zu den Bittliedern.

Ave moeder van ghenaden,  
ave troostelic beraden,  
ave hemelsche doctrine,  
ave, die zonden can ontladen,  
ave bliscap sonder versmaden, 5  
ave omædicghe doctrine,  
ave lelye rein van bladen,  
ave lêdre hcocht van graden.  
ave der sûverhêden sceme,  
ave soccours van alre scaden, 10  
ave boete van mesdaden,  
ave leedsterre der marine.  
ave, die niement can versmaden,  
ave fonteine, dar wi in baden,  
ave Maria, maghet fine, 15  
vul gracien es de name dine.

Om dat de here es metti  
ende om dat ghehêlicht si  
dine name boven allen wiven,  
ic, die besondicht kenne mi, 20  
come te di, om te wesene vry,  
ne wil mi niet van di verdriven.  
o hoord mi, moeder, ic roupe, o wi!  
o troost den drouven, com, staet  
mi bi!  
mine sonden ne can ic niet ghe-  
scriven. 25  
dine name es der zondaren cry,  
wattu bids gode, also wille hi,

het comt hi di, sullen wi becliven,  
hoe sal ons dan dine hulpe ontbliven?

O maget, o moederlic, godlic wijf, 30  
o soete o reyne, o leits verdrijf,  
o lieve o werde o salige vrouwe,  
o advocate der zonden kijf,  
o onser ellendiger biblijf,  
o rose vul van 'shemels dauwe, 35  
o troost in noden, o heils beclijf,  
o wech der dolender even stijf,  
o bloeyende minne, o vloeyende trauwe,  
o moederlic herte, o mæchdelic lijf,  
o licht voor 'thelsche ongherijf, 40  
com los mijn herte uut allen rauwe,  
du weits doch wel, het staet nu nauwe.

Voor alle wiven ghebenedijt,  
hoe vul van glorien es ghewijt  
die vrucht van dinen lechame reyne! 45  
ik kniele voor u, het's meer dan tijt,  
toghet hem, dat ghi sijn moeder sijt  
ende sire ontfarmichêden fonteine.  
tech up mi dinen mantel wijt,  
dec mi, dat ic mach sijn bevrijt 50  
nu van temptacien groot ende cleine,  
ende helpt mi bidden omme respijt  
mire aerner zonden te werdene quijt.  
di, moeder, bevelic mi alleine,  
du best mijn troost ende anders gheine. 55

Hs. zu München Cgm. 135. 15 Jahrh.

S hcocht f. ghehoocht.

## 515. De s. Mariæ.

Salve proles Davidis, salve virgo nobilis, cujus partus admirabilis.		candor superat lac et lilia, odor flores vincit et balsama. 25
Salve mundi spes et domina, salve virtutum cellula, salve paradisi janua.	5	Tu porta, quæ soli domino patuit, hortus, in quo deitas latuit, stella, quæ solem sæclis attulit.
Salve gemma pudicitiaë, salve norma justitiaë, salve mater misericordiaë.		Ille tuus unicus, tibi dilectissimus 30 ille Cypri botrus, myrrhæ fasciculus.
Tu castitatis lilium, progenuisti filium miseris in auxilium.	10	Te expectant deliciaë, te laudant adolescentulaë, te sponsus vocat in meridie. 35
Tu filia Jerusalem, protulisti in Bethlehem gloriosam progeniem.	15	Veni veni, filia, intra nostra cubilia! surge surge, propera, fugit hiems, floret vinea.
Tu firmata in Sion, virga florens Aaron, madidum vellus Gedeon.		Vox tua vox turturis, 40 forma desiderabilis, virtus ineffabilis, suavitas inæstimabilis.
Tu satis expresse stirps es illa Jesse, digna dei mater esse.	20	Nunc, o mater dei-hominis, confer opem miseris, 45 consolare flebiles sublevando debiles, nostraque tibi præconia sint laus et perennis gloria.
Tua sunt ubera vino redolentia,		

Aus der vorigen Mainzer Hs. (A), welche dieses Lied ohne Abtheilung mit No. 514 zu *einem* Ganzen verbindet. Hs. zu Gratz 42/6. 12 Jahrh. mit Neumen (B). Hs. zu Admont, o. No. 12 Jahrh. mit Neumen (C).

7—9 stehen in A nach 3. 10 genuisti BC. 12 in fehlt B. 15 propaginem BC. 18 Gedeon A. 20 Jessê A. 21 es A. 22 soli könnte des Verses wegen wegbleiben. 22—24 stehen in B nach 28. 24 stella fehlt A, sæculis B. 25 et tua wäre für das Versmass besser. 28 odorque A. 30 ille tibi ABC, gegen den Vers. 31 ille fehlt ABC. 33—35 stehen vor 29 in A. 34. 35 et

könnte des Verses wegen wegbleiben. 44 dei et h. BC, gegen Sinn und Vers. A fügt am Schlusse bei: amen. kyrie eleison.

V. 3. admirabilis. ἔτεκες, θεοτόκε, ἀνεμνηρεύτως θεὸν ἡμῶν. *Octoech.* 145. Deus scire solus potest et revelare secreta. *Lactant.* de ira dei, 1. ἀφράστως σεσαρκωμένος. *Paraclet.* 16. οὐδὲ αὐτὴ ἢ νοσοφοῦσα παρθένος ἤδει τοῦ μυστηρίου τὸ ἀπόρρητον. *Chrysost.* in ps. 49, 1. Derselbe sagt in ps. 49, 2, auch der Teufel habe das Geheinniss der Menschwerdung Christi nicht gewusst, sonst hätte er ihn bei der Versuchung nicht gefragt, ob er Gottes Sohn sey. Vgl. No. 321, 1.

V. 25. σὲ προσορῶν Σολομὼν ἐν τοῖς ἔσπρασι. Sept. 9.

V. 39. Vgl. No. 52, 61. Darum wird sie auch mit dem Frühling verglichen. No. 508, 236.

V. 44. dei-hominis. Die Gottmenschlichkeit Christi wird im *Octoech.* 80. so ausgedrückt: σαρκοφόρος θεὸς καὶ βροτὸς ὑπερούσιος. Homo ad beatitudinem sequi non debebat nisi deum, et sentire non poterat deum; sequendo deum hominem factum sequeretur simul et quem sentire poterat et quem sequi debebat. *Augustin.* de trin. 7, 5.

V. 47. πεπτωκυῖαν ἀνάστησον τὴν ψυχὴν. Apr. 10.

## 516. De s. Maria.

Nititur ignotum mea mens expellere votum,  
virgo dei genitrix, mea spes, mea consiliatrix,  
deprecor, exaudi miserum, qui postulat audi,  
sensibus angeto sensum precibusque faveto.  
felix gaudentem miserum te fac sitientem,  
languet amore tuo, suffice velle suo.

5

Mente gaudens prædicabo  
dei matrem et laudabo,  
cui laudem decantabo,  
mater audi et exaudi, 10  
mei miserere;  
me nunc cerne, nec hoc sperne  
carmen tui famuli,  
N. miserrimi.

Ave virgo desponsata, 15  
dei mater prænotata,  
virgo illibata.

Ave lumen Symeonis,  
vellus madens Gedeonis,  
sponsa prudens Salomonis. 20

Ave solis florens hortus,  
stella maris, tutus portus,  
optatus semper potus.

Ave morum disciplina,  
tu cælorum es regina 25  
et dolorum medicina.

Ave virgo puellarum,  
lux sanctorum et sanctarum,  
per te crescunt  
flores, nec marcescunt. 30

Ave rosa speciosa,  
gemma fulgens pretiosa,  
virga Jesse fructuosa.

Deum cœli peperisti, mundo lapsō succurristi, nexum mortis deduxisti.	35	et in me robur inserte, hostem ut possim vincere et tecum semper vivere.	70
O virgo dei sanctissima, tu pax mundi tutissima et vitis fecundissima.		O quam beata, per quam resecata sunt Adæ vitia.	
O mater virtutum, servis tuis scutum semper præbe tutum,	40	O quam laudanda mater et amanda, per quam facta tanta sunt in munda munia.	75
Ut hostis pravi sortes Christi vincant fortes, ne malorum sint consortes.	45	O quam serena virgo, fide plena, cujus tristitia nostra fuit lætitia.	80
Virgo deo plena, fulgens deitate serena.		Hæc despexit hæc terrena, hæc cœli regnat in superna, ubi nulla tristitia.	85
O Maria, mater dei, miserere precor mei miserrimi famuli tui N.	50	Hæc est vita mortuorum, dulce carmen angelorum, interventrix sæculorum, per quam Christus rex cœlorum vincla solvit peccatorum.	90
O Maria, mater pia, mundi salus, vitæ via, a te, quidquid gessi, virgo, non recessi, quam in corde gessi.	55	preces audi contritorum!	
Opem a te quæro, virgo, nec despero, sed juvamen quæro.		Hæc est virgo, quæ nescivit thorum viri, dum finivit vitam, porta patens cœlica.	
Solve tu meorum vincla peccatorum, lumen angelorum.	60	Hæc est, quæ portavit deum verum, quem amavit, quam laudat plebes angelica.	95
O fons indeficiens, ad te curro sitiens, dulcis et reficiens	65	Hæc in cœlis veneratur et in terris adoratur a plebe catholica.	100
imple desiderium cordis et suspirium, dulce refrigerium,		Mater dulcis, nos dignare tua laude confirmare et virtute roborare,	

Ne in mundo hoc cadamus,  
te juvante evadamus,  
lapsi per te resurgamus.

5

Virgo dulcis parens,  
tactu viri carens,  
modo miro peperisti,  
deum cœli genuisti,  
a quo facta tu fuisti,  
postquam virgo permansisti.

10

Tu in mundo es electa  
et ab ipso es protecta,  
cujus mater es dilecta.

15

O res mira, virtus dira,  
illibata permansisti,  
natum præmisisti,  
ad cujus dexteram resedisti,  
quando mundum reliquisti,  
continuo cœlos ascendisti,

20

Ubi semper veneraris  
virgo prudens et laudaris  
et cum Christo gloriaris.

O quam pium est laudare  
dei matrem et amare,  
toto corde suspirare.

25

Quæ laudantem protegit,  
nec plorantem despicit,  
sed ut mater respicit.

30

Gaude mater pietatis,  
gaude norma caritatis,  
gaude forma sanctitatis,  
gaude virgo castitatis,

Gaude templum trinitatis,

35

in manus tuæ pietatis  
me commendo, lux claritatis,  
ut me mundes a peccatis.

Gaude virgo gratiosa,  
verbum verbo concepisti,  
gaude tellus fructuosa,  
fructum vitæ protulisti.

40

Gaude rosa speciosa  
Christo vernans resurgente,  
gaude mater gloriosa  
Jhesu cœlos ascendente.

45

Gaude mater fruens deliciis,  
nunc rosa juncta lilio,  
emunda nos a vitiis  
et redde tuo filio,

50

*Et nos ab omni malo libera;*  
o virgo dei sanctissima,  
ad me pia converte viscera,  
et quasi mater filiis  
tuis succurre servulis,  
cunctis fer opem miseris.

55

Mater dulcis, non me fraudo,  
quando Jhesum teque laudo,  
preces audi, carmen claudio.

Hs. zu Mainz, Karth. No. 622. Bl. 106. des 12 Jahrh. Das Lied war für die Privatandacht bestimmt, wie V. 14, 81 beweisen, wo jeder Sânger seinen Namen einschalten sollte.

1 epell. Hs. 61 vincula Hs. 60 tu fehlt der Hs. 68 et dul. Hs. 77. 78 per quam tanta munia facta sunt in mundo, Hs. 84 besser wäre: in aula regnat suprema. 89 rex fehlt der Hs. 90 vincula Hs. 95 fehlt ein zweisylbiges Wort. 103 et rob. tua virt. Hs. 116 dira, kann hier nur unbeugsam gegen die Sünde heissen. 130 quasi f. ut Hs. 137 me lux com. Hs. 151 et libera nos ab omni malo, Hs.

Durch diese Wortstellung ist diese Bitte des Vaterunsers zur vorigen Strophe gezogen, zu deren Reim sie weder nöthig noch passend ist.

V. 25. *cœlorum regina*, den Grund geben die Menäen so an: δι' ἧς ἐτύχομεν οὐρανῶν βασιλείας. Oct. 8. Die Benennung ist sehr häufig. No. 322, 2. No. 340, 2. No. 511, 32. No. 514, 24.

V. 43. *hostis pravus*, stärker bei den Griechen ἀρχεκάκος ἐχθρός. Pent. 95.

V. 90. 91. λύσον με δεδεμένον σειραῖς πταισμάτων. Mart. 15. Diese Bande stammen vom Sündenfalle der ersten Menschen her, daher heissen sie auch δεσμοὶ τῆς πάλαι καταδίκης. Triodion X, 5.

V. 141. *tellus fructuosa*. ζωηφόρον ἄσταχυν χώρα ἀνήρωτος φέρει. Dec. 21. Dieses Gleichniss wird nach der Parabel vom Säemann auf jeden Menschen angewandt (Matth. 13), denn er ist ein Acker, der Früchte bringen soll. Die Griechen gebrauchen dies Bild sinnig von den Heiligen, z. B. ὡς γῆ πίων ἢ σῆ καρδία δέδεκται τὸν οὐράνιον σπόρον τοὺς ταῖς ἀύλαξι καὶ ἑκατοστιέοντα σιάχυν καρποφορεῖ. Jan. 15. Maria wird in obiger Stelle *tellus fructuosa* und V. 69 *vitis fecundissima* genannt, beides in Bezug auf das h. Abendmal, denn sie brachte die wunderbare Speise und den wunderbaren Trank, das Fleisch und Blut Christi hervor, dessen Gestalten das Brot und der Wein sind. Diese Beziehungen werden in den Marienliedern manchmal angeführt. Auch der Geburtsort Christi, die Brotstadt Bethlehem hängt damit zusammen. S. No. 47, 63. No. 524, 26. No. 471, 27 flg.

### 517. De b. Maria v.

Ave mater pietatis et totius trinitatis nobile triclinium!		tu mons ille non incisus, tu cœlestis paradus.	15
Ave virgo admiranda, nulla tibi comparanda, nulla talis in puellis, universas tu præcellis.	5	Ave digna prædicari, non me sinas supplantari, et ne ruant ad excessus, meos, virgo, rege gressus.	
Ave virgo, cujus vultus, mores, modus, forma, cultus, cuncta placent ad perfectum, in te nihil est neglectum.	10	Ave tota dealbata, virgo, cui comparata luna nigra reputatur, sol cum stellis obscuratur.	20
Ave cœlum spiritale, summum intellectuale,		O idea castitatis, per te nostræ cæcitatatis nox ut dies illustratur, malum omne propulsatur.	25

Hs. zu Mainz, Karth. No. 263. Bl. 96. 15 Jahrh.

V. 7—10. Hier ist die Gestalt Mariä erwähnt, auf ein besonderes Bild von ihr weisen aber die lateinischen Lieder nicht hin, sondern die griechischen,

was sich aus der Bilderstürmerei erklärt. In den Menäen heisst es zum Sonntag nach dem 11 Okt. *ἅπας ἀπέστω δυσσεβής, ὁ τὴν εἰκόνα μὴ σέβων, τὴν σεπτὴν τῆς Θεοτόκου*. Es scheint, dass die griechischen Marien- und andere Heiligenbilder eine überlieferte Gestalt hatten, was sich deutlich in den alten Bildern des Apostels Petrus zeigt, dessen Kopf eine traditionelle Form hat. Die Griechen haben nämlich manchen Legenden der Heiligen die Beschreibung ihrer Gestalt beigefügt, wie z. B. im Leben des Dionysius Areopagita zum 4 Oktober. Solche Angaben waren traditionell und die Künstler mussten sich darnach richten, besonders bei grossen Heiligen, deren Legenden bekannt waren. Es heisst nämlich an einer andern Stelle desselben Tages: *γνωρίζομεν σαφῶς τὴν προῶξιν καὶ τὸ ὄνομα, καὶ σχῆμα καὶ τοὺς ἄθλους τῶν ἁγίων ἀνδρῶν*. Hier ist also ausdrücklich die Gestalt (*σχῆμα*) der Heiligen als etwas Bekanntes erwähnt. Die lateinische wie die griechische Legende erzählt, dass der Evangelist Lukas ein Bild Mariä gemalt habe. In der griechischen heisst es zwar, Lukas und Paulus hätten unter Trajan gelebt, was aber sicher nur Schreib- oder Druckfehler ist, da zum 29 Juni richtig Nero steht. Ich lege daher auf diesen Irrthum kein Gewicht und theile die Angabe über das Bild hier mit. Oct. 18. *φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον τὴν εἰκόνα τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ἐν ἀγκάλαις φέρουσαν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, διὰ ζωγραφικῆς τέχνης ἐκ σηροῦ, καὶ ἑτέρας δύο ζωγραφῆσαι προσφέρειν τε αὐτὰς τὸν ἀπόστολον τῇ μητρὶ τοῦ κυρίου, εἰ ἀρεστὸν ἐστὶν αὐτῇ· καὶ αὐτὴν φάναι καὶ εἰπεῖν το· „ἡ χάρις τοῦ ἐξ ἐμοῦ τεχθέντος δι' ἐμοῦ μετ' αὐτῶν“*. ὡσαύτως καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ κορυφαίων τὰς ἁγίας εἰκόνας. καὶ ἐκείνου εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξενεχθῆναι τὸ τοιοῦτον καλὸν καὶ εὐσεβὲς καὶ πάντιμον ἔργον.

Zum Wortverständniss bemerke man, dass oben Lukas nach griechischem Sprachgebrauch Apostel genannt wird, unten sind die *κορυφαῖοι* Petrus und Paulus und *ἀπόστολοι* die übrigen Apostel. Vgl. No. 510, 7. 8. Dergleichen von Seide gestickte Marienbilder waren bei den Griechen durch das ganze Mittelalter im Gebrauche, ein solches befindet sich auch in der Stiftskirche zu Baden, welches aus dem Orient her stammt. Die Bilder Christi werden in den Liedern auch erwähnt, z. B. *Pent.* 75. *τὴν ἄχραντον εἰκόνα σου προσκυνοῦμεν, Χριστέ, ὁ Θεός*. Gemalte Marienbilder werden auch früh in lateinischen Liedern angeführt. No. 572, 121. S. auch die Anmerkungen zu No. 116.

V. 12. 15. *cælum spiritale. οὐρανὸν ἐπίγειον ἐκ Μαρίας προσελθὼν μετὰ σαρκὸς ἡμῖν ἀνέδειξε*. Oct. 9. *οὐρανὸς ἐπὶ τῆς γῆς ἐχηρημάτισας*. *Paraclet.* 248.

V. 15. Genauer auf Christus bezogen heisst sie *λογικὸς παρὰδεισος*. Oct. 18. S. No. 507, 17.

V. 25. 26. *λυχνία χρυσοφαίς, σκοτεινὴν ψυχὴν μου, τυφλώτιπυσαν πάθει καταύγασον*. Oct. 3. Maria heisst daher auch *φωτισμὸς τῆς ψυχῆς*, Oct. 8. S. No. 469, 27.

### 518. Sequentia de s. Maria v.

Ave sidus, lux dierum,  
ave gemma mulierum,  
quæ lactasti regem verum,  
genitorem filia.

Ave verbo sacro parens,      5  
ave rosa spinis carens,  
per quam mundus viret arens,  
per te datur venia.



<p>Ave verbi dei cella, cœli decus, maris stella, serva servos a procella hujus mundi noxia.</p>	<p>10</p>	<p>Mater regis et regina, morum dux et disciplina, de malorum nos sentina perduc ad cœlestia.</p>	<p>20</p>
--	-----------	---	-----------

<p>Mundum pingis novo flore, florem paris miro more, virgo manens cum pudore novi floris gratiâ.</p>	<p>15</p>	<p>Dele culpas, o Maria, Jesum placa prece pia, per te nobis detur via ad æterna gaudia.</p>	
--	-----------	--	--

Hs. zu Strassburg K, 316. f. 106 des 15 Jahrh. (A), als Oratio. Hs. der Stadtbibliothek Mainz, Karth. No. 599 f. 39 des 14 Jahrh. (B). Hs. zu München, Clm. 7815. f. 35 des 15 Jahrh. (C). Hs. zu München Clm. 6053. f. 215 des 15 Jahrh. (D), auch als Oratio de b. virgine. Hs. daselbst Cgm. 101. f. 187. des 14 Jahrh. mit der Melodie (E).

2 summi E, sacri D. 3 regem f. ver. BC. 4 genitoris B. 5 verbis A, verbi CDE, sacro B, der Missverstand rührt daher, weil die Hss. parens für Mutter nahmen, es ist aber das Particip von pareo, und verbo sacro geht auf die Botschaft Gabriels. 6 spina C. 7 per te A, viget ACD, per te vir. m. E. 10 mundi f. cœli BE. 11 serus f. serva B. 12 maris hujus nescia E. 13 novas novo prole E. 14 parens B, prolem — novo E. 15 manes A, honore E. 16 prolis E. 17 reg. mat. E. 20 besser educ. 22 regem f. Jes. ABDE. 23 quia per te datur (patet E) v. B.

V. 3. lactasti. *γαλουχεῖς μητροπρεπῶς τὸν τροφέα τοῦ παντός. Paraclet. 64.*

V. 18. morum disciplina wird Maria in vielen Liedern genannt, weil sie ein Vorbild des Gehorsams gegen Gott war. No. 512, 65. No. 516, 24.

V. 20. Der Grund steht im *Pent. 119. ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὡς φιλόανθρωπος, τῆς θείας δόξης κοινωνοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε.*

V. 22. placa, *προσάγουσα τῷ κτίσῃ τὸν ἰλασμόν. Jul. f. 32.*

### 519. Sequentia de s. Maria.

<p>Ave mundi spes, Maria, ave mitis, ave pia, ave plena gratia: ave virgo singularis, quæ per rubum designaris non passum incendia.</p>	<p>5</p>	<p>Ave carens simili, mundo diu flebili reparasti gaudium: ave cujus viscera contra carnis fœdera ediderunt filium.</p>	<p>15</p>
---	----------	---	-----------

<p>Ave rosa speciosa, ave Jesse virgula, cujus fructus nostri luctus relaxavit vincula.</p>	<p>10</p>	<p>Ave virgo, de qua nasci et de cujus lacte pasci rex cœlorum voluit. ave virginum lucerna,</p>	<p>20</p>
---	-----------	--	-----------

per quam fulsit lux superna  
his, quos umbra tenuit.

Ave gemma, cœli luminarium,  
ave sancti spiritus sacrarium.

O quam mirabilis 25  
et quam laudabilis  
hæc est virginitas,  
in qua per spiritum  
facta paraclitum  
fulsit fecunditas! 30

O quam sancta, quam serena,  
quam benigna, quam amœna  
esse virgo creditur,

per quam servitus finitur,  
porta cœli aperitur 35  
et libertas redditur.

O castitatis lilium,  
tuum precare filium,  
qui salus est humilium,  
ne nos pro nostro vitio 40  
in districto iudicio  
subijciat supplicio,

Sed nos tua sancta prece  
mundans a peccati fæce  
collocet in lucis domo; 45  
amen, dicat omnis homo.

Hs. des Seminars zu Trient, 14 Jahrh. mit der Melodie (A). Hs. zu Admont o. No. 12 Jahrh. mit Neumen (B). Hs. zu München Cgm. 101 des 14 Jahrh. mit der Melodie (C). Andere Hs. daselbst Clm. 10,075 des 14 Jahrh. mit Noten (D). Hs. zu Gratz 40/12 des 13 Jahrh. (E).

3 grat. fehlt E. 5. 6 lauten in D: ave digna stella maris, replens orbem gloria. 9 hujus D, quivis A. 10 crimina D. 11 cares D. 11—13 stehen an der Stelle von 14—16 in ABE. 13 contulisti C. 15 moris BE, juris AC. 17—19 stehen an 20—22 in ABE. 22 genuit D. 29 quam E. 30 divinitas EB. 31 dulcis f. s. D. 33 creditum A, ex qua Christus nascitur D. 36 traditur EB. 38 pr. f. t. E, tuum exora filium D. 39 quæ — es A, est B. 41 flebili AD. 46 quam per te recepit homo D. Die erste Strophe dieses Liedes kommt auch in folgenden No. 520 und 536 vor.

V. 12. diu flebilis, in No. 327, 1. fletus longævus, weil das alte Testament und die Erwartung auf Christum lang gedauert hat.

V. 18. 19.

Ἡ ἀγνή, πῶς θηλάζεις;  
πῶς δὲ ἐγέννησας βρέφος  
τοῦ Ἀδάμ ἀρχαιότερον;  
πῶς ἐν ἀγκάλαις φέρεις υἱόν,

τὸν ἐπὶ ὤμων χειροβικῶν;  
ὡς ἐπίσταται, ὡς εἶδεν,  
ὁ τὸ πᾶν οὐσιώσας.

Pent. 87.

V. 20. 21. lucerna, lux superna. No. 507, 111. Nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio; quoniam in carne mortali agentes nostris sensibus divinare non possumus. lumen autem mentis humanæ deus est, quem qui cognoverit et in pectus admiserit, illuminato corde mysterium veritatis agnoscet; remoto autem deo cœlestique doctrina omnia erroribus plena sunt. *Lactant.* de ira dei 1. No. 471, 5. φωτεινοτάτη λαμπας heisst sie in der *Paracl.* 296.

V. 41. 42. ῥῦσαι με τοῦ φρικτοῦ κρητηρίου ἐν ὄρα της κρίσεως. *Paracl.* 153.

## 520. De b. Maria v.

Salve mundi spes, Maria, salve mitis, salve pia, salve plena gratia; salve virgo singularis, quæ per rubum designaris non passum incendia.		tu es peccatorum dos, a ruina salva nos, tu mater Salomonis.	10
O Maria, florum flos, angelorum cœli ros, tu vellus Gedeonis;	5	Vale clemens et benigna, vale plena laude digna, vale virgo Maria, vale dei maris stella, vale vera Christi cella, duc nos ad palatia.	15

Hs. von S. Peter in Salzburg IV, 38. 14 Jahrh.

10 es fehlt, man kann auch tuque setzen, dann stünde aber 12 besser o mater. Obige drei Lieder haben gleichen Anfang, ich weiss aber nicht, welchem er ursprünglich angehört.

V. 7. florum flos. Ein häufiger Beinamen. *Bernard.* in annunt. serm. 3, 7. gibt dazu folgende Erklärung: Nazareth interpretatur flos. amat florigeram patriam flos de radice Jesse, et libenter inter lilia pascitur flos campi et lilium convallium. commendat enim flores pulcritudo, suaveolentia et spes fructus; gratia triplex. Vgl. No. 517, 7—9.

V. 8. ros. *δρόσος ἑωθινή.* Oct. 8.

## 521. Sequentia de b. v. Maria.

Salve virgo præelecta, domino mater electa, sæculo salus directa, stirpe nobili concepta.		Salve porta sigillata, columba immaculata, Josep sancto desponsata solo domino dicata.	15
Salve oliva novella, novæ gratiæ puella, de radice Jesse sata, virga florens, virgo nata.	5	Salve decus castitatis, regina virginitatis, verbis docta Gabrielis esse matrem summi regis.	20
Salve rosa speciosa, filia deliciosa, templo deo præsentata hostia viva et grata.	10	Salve verbo imprægnata, ab Elizabeth beata benedicta nuntiata, a Johanne salutata.	

Salve dei parens facta, virgo permanens intacta, imperatrix cœlestium, mediatrix terrestrium.	25	Salve digna exspectatrix, cujus fides operatrix credidit evangelium in salutem credentium.	50
Salve sidus sæculorum, stella maris, dux cæcorum, per stellam magis panderis, dei mater agnosceris.	30	Salve mater crucifixi, quo pendente, astans ipsi, crederis mater Johanni, ipse tibi piæ matri.	55
Salve virtutis exemplum, filium ferens in templum vere munda, non mundanda, <i>θεοτόκος</i> sacrosancta.	35	Salve nati morte plangens, sed destructa morte gaudens, ipso resurgente plaudens, cœlos ascendente pangens.	60
Salve ducta in Aegyptum, veram lucem ferens Christum, in tenebris umbræ mortis datis lumen lucis * *.	40	Salve sponsa sponso grata, voce sponsi evocata super choros angelorum, primatum tenens cœlorum.	
Salve mater credentium Judæorum et gentium, cum domino Emmanuel repatrians in Israel.		Salve virgo mater * * in præclara poli aula tuo nato regi regum conregnans in ævum.	65
Salve venerabilis, dulcis et amabilis, talis filii genitrix, tanti juvenis alitrix.	45	Salve fili salvatricis, pro amore genitricis tuos conserva, rege, salva per sæculorum sæcula.	70

Hs. zu Lichtenthal, 15 Jahrh.

Dieses Lied enthält die Hauptbegebenheiten des Lebens Mariä nach der geschichtlichen Folge von ihrer Abstammung an bis zu ihrer Himmelfahrt. Es scheint daher nach V. 44 eine Strophe zu fehlen, weil die Erzählung von dem zwölfjährigen Jesus im Tempel nicht erwähnt ist. Nach den Reimen auf ix V. 47 flg. hat das Lied einen teutschen Verfasser, und nach den Reimen, Formen und Verderbnissen gehört es wol noch in das 11 Jahrh.

7 sacra Hs. 8 virgo flor. Hs. 15 Josep ist alte Form. 16 dedicata Hs. 20 mater Hs. 38 der Reim Christum entstand aus der alten Schreibung Xp̄um. 40, 65 fehlt ein Wort. 44 repetens Is. Hs. gegen das Versmass. 45 o ven. Hs. 49 inspetatrix Hs. 50 deitas f. fid. Hs. 54 in qua pendenti astas Hs. 72 sæculor. am Ende. Hs.

V. 7. radix. τὸ ἄνθος τὸ θεῖον ῥίζα βλαστήσασα. *Paraclet.* 196.

V. 13. porta. πύλη σωτηρίας τῷ κόσμῳ γέγονας. Oct. 18. *Anselm. orat.* 52. porta vitæ, janua salutis. No. 326, 150.

V. 14. Bei den Griechen heisst sie auch Schwalbe, *χελιδῶν ἐκλεκτή*. Jan. 22, was auch ein Beinamen für heilige Jungfrauen ist, denn die h. Marina wird *νοητὴ χελιδῶν* genannt. Jul. 17. Ebenso heisst es von der h. Christina: *πρὸς τὸ ὕψος ἐπέτασε ὡσπερ τρυγῶν πτεροῖς θείου πνεύματος*. Jul. 24. Sie heisst auch wie im Lateinischen *καλὴ περιστερὰ*. Mart. 24. *Hieronym.* adv. Jovin. 1, 30 sagt aber: *turtur typus est salvatoris*.

V. 37—40. Interpretatur Aegyptus tenebræ, Israel vero videns deum; atque ideo ubicumque Israel erat, lux erat. *S. Bernard.* in festo omn. SS. serm. 5, 11.

V. 50. Opera bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. *Augustin.* ep. 194, 9. Ep. Jac. 2, 17. 18.

V. 58. destructa morte, durch die Aufhebung des Sündenfalls. Nos ad mortem per peccatum venimus, ille (Christus) per justitiam; et ideo, cum sit mors nostra pœna peccati, mors illius facta est hostia pro peccato. *Augustin.* de trinit. 4, 15.

## 522. De b. Maria.

Salve mater salvatoris, vas electum creatoris, decus cœli civium; salve virgo benedicta, per quam terra maledicta meruit remedium.		salve mater tui patris, per quem Evæ tuæ matris deletur flagitium.	
Salve mundi lux et vita, pretiosa margarita, per quam mors occiditur; salve mater gloriosi, per quam caput venenosi serpentis conteritur.	5	Salve virgo ante partum, tu in partu et post partum semper sine macula: salve sponsa mater sponsi, quam elegit pater sponsi deus ante sæcula.	25 30
Salve plena gratiarum, consolamen animarum, mundi spes et gloria; salve virgo portans florem, Jesum mundi salvatorem, qui creavit omnia.	10	Salve decus angelorum, de qua Christus, rex cœlorum, verus deus oritur: salve salus pupillorum, vita panis angelorum, de qua Christus nascitur.	35
Salve pia et benigna, quæ fuisti sola digna, mundi ferre pretium:	15	Salve porta, per quam ire nemo potest, pertransire nisi dei filius: salve virgo Israhelis, ad quam missus est de cœlis summi dei nuntius.	40

Salve mater speciosa,  
super cunctis tu formosa,  
sanctarum sanctissima: 45  
salve stella matutina,  
tu cœlorum es regina,  
virgo nobilissima.

Salve templum summi regis,  
ave custos Christi gregis, 50  
Jesse virga florida:  
salve virgo salutaris,  
quæ Maria nuncuparis,  
stella maris lucida.

Salve virgo, mater ave, 55  
nomen tuum est suave,  
dignum laude propria:

salve nomen venerandum,  
nomen jure deprecandum  
summa cum fiducia. 60

Salve virgo, sancta parens,  
omni prorsus labe carens,  
ave virgo inclita,  
salve virgo, radix Jesse,  
de qua mundus salvus esse 65  
meruit per merita.

Salve virgo, quam amare  
debet cunctos et laudare  
semper cum lætitia:  
salve mater, placata natum, 70  
ut meum delens reatum  
cœli tradat gaudia.

Reichenauer Hs No. 36. Bl. 109.

51 floruit, Hs.

Mit gleichem Anfang aber in vierzeiligen Strophen steht ein Marienlied bei *Levis anecdota sacra* (Turin 1789), p. 109 in 7 Strophen, deren erste so lautet:

Salve mater salvatoris,                      scala cœli, porta et via,  
fons salutis, vas honoris,                      salve semper, o Maria.

V. 3—6 drücken die Menäen Aug. 25 so aus: *Εὐα μὲν τὴν κατάραν εἰσφύ-  
κισατο, σὺ δὲ, παρθένε, τῷ κόσμῳ τὴν εὐλογίαν ἐξήνθησας.*

V. 15. mundi gloria, τῆς οἰκουμένης καύχημα. Jul. f. 24.

V. 18. πάντων τῶν ὄντων δημιουργός. Jul. Bl. 7.

V. 20. 21. Aus Fortunatus entlehnt. No. 101, 31.

V. 25 flg. ἀγνή πρὸ τοῦ τόκου καὶ ἐν τόκῳ καὶ μετὰ τὸν τόκον ἀληθῶς,  
παρθενομῆτορ, πέφηνας. Januar. f. 18.

V. 35. Dieser Vers ist die Apposition für den folgenden und steht nur  
des Reimes wegen voraus. Ebenfalls mit Bezug auf das h. Abendmal heisst  
Christus in den Menäen εὐφορος χάριτος ἄσταχυς, ὁ τρέφων ἅπαντας. Oct. 17.

V. 50. grex Christi, φιλοχρίστος λαός. Pent. 95.

### 523. Salutatio ad beatam virginem.

Salve nomen dulce „ave“,  
gloriosum et suave,  
dignum laude propria.

Ave nomen venerandum,  
predicandum et laudandum 5  
speciali gratia.

Salve virgo, sancta parens,  
omni prorsus labe carens,  
mundi salus inclita.

Salve virgo, quam amare  
deceat cunctos et laudare  
semper cum lætitia. 15

Ave dulcis radix Jesse, 10  
in cœlis velis salus esse  
ad Christum et semita.

Ave meque tuo nato  
prece commenda placato,  
cœli tradens gaudia.

Hs. zu S. Peter in Salzburg III, 2. des 15 Jahrh.

1 ave fehlt der Hs. 11 hat eine Sylbe zu viel und ist verdorben.

Dieses Lied wechselt regelmässig mit Salve und Ave ab und hat in allen dritten Versen der Strophen den gleichen Reim. Schon dadurch weicht es von der vorigen No. 522, 55 — 72 ab und ist darin selbständig behandelt, dass es den englischen Gruss besonders hervorhebt.

Folgendes teutsche Marienlied hat wol ähnlichen Strophenbau und einzelne Stellen mit obigem und andern Liedern gemein, ist aber keine Uebersetzung eines mir bekannten Textes.

Maria frauwe wis gegrúzt,  
dein rainer leib ist gesúzt,  
als der ölpaum du fructich pist,  
götlicher blúnd' von dir ist  
daz wúcher unser speise bechomen, 5  
daz úns von hunger hat benomen.

Wis gegrúzt maget, ein wirdich name,  
du chlarez liecht der waren schame,  
nu pit dein chint umb mein hail,  
gib mír deiner genáden tail. 10

Wis gegrúzt, taube rechter gút,  
semft' und ringe mein gemút,  
gib mir von vedern ringe chlaít,  
daz ich ze fliegen werde werait  
von unflat diser missewende 15  
da hin, da rúbe ist an ende.

Wis gegrúzt maget sunderleich,

hoher trost mír nicht entweich',  
behalt' under deinen armen  
mich waisen und vil armen, 20  
wan nach got vor allen dingen  
han ich zú dir allain gedingen.

Wis gegrúzt maget hoch geborn,  
gewachsneu plúm von dem dorn,  
gewer mich, múter, des ich ger, 25  
stand auf und eile gen mír her  
und raich dein hant ze steuwer mír,  
zeuch und pringe mich auf zú dir.

Wis gegrúzt magt, lob ich dir singe,  
gezierde und schonhait aller dinge, 30  
gewer mich, múter, des ich pit,  
gepiut', daz mír volge mit  
sel und leibes sælden menge  
und auch meiner tag lenge. amen.

Aus der Hs. zu München Cgm. 73. des 14 Jahrh. Der zweiten Strophe scheinen zwei Verse zu fehlen.

#### 524. Prosa de beata virgine.

Salve mater salvatoris,  
vas electum, vas honoris,  
vas cœlestis gratiæ;

Ab æterno vas provisum,  
vas insigne, vas excisum 5  
manu sapientiæ.

Salve verbi sacra parens, flos de spinâ spinâ carens, flos spineti gloria;		Ebur candens castitatis, aurum fulvum caritatis, præsignans mysteria.	40
Nos spinetum, nos peccati spinâ sumus cruentati, sed tu spinæ nescia.	10	Palmam præfers singularem, nec in terris habes parem, nec in cœli curia.	45
Porta clausa, fons hortorum, cella custos unguentorum, cella pigmentaria;	15	Laus humani generis, virtutum præ ceteris tenes privilegia.	
Cinnamomi calamum, myrrham, thus et balsamum superans fragrantia.		Sol lunâ lucidior et luna sideribus, sic Maria dignior creaturis omnibus.	50
Salve decus virginum, mediatrix hominum, salutis puerpera;	20	Sol eclipsim nesciens virginis est castitas, ardor indeficiens immortalis caritas.	55
Myrtus temperantiæ, rosa patientiæ, nardus odorifera.		Salve mater pietatis et totius trinitatis nobile triclinium,	
Tu convallis humilis, terra non arabilis, quæ deum parturiit.	25	Verbi tamen incarnati speciale majestati præparans hospitium.	60
Flos campi convallium, singulare lilium, Christus ex te prodiit.	30	O Maria, stella maris, dignitate singularis super omnes ordinis ordines cœlestium.	65
Tu cœlestis paradus Libanusque non incisus vaporans dulcedinem.		In superno sita poli nos commenda tuæ proli, ne terrores sive doli nos supplantent hostium.	70
Tu candoris et decoris, tu dulcoris et odoris habens plenitudinem.	35	In procinctu constituti te tuente simus tuti, pervicacis et versuti	
Tu es thronus Salomonis, cui nullus par in thronis arte vel materiâ;			



tuæ cedat vis virtuti, dolus providentiæ.	75	serva servos tuæ matris, solve reos, salva gratis et nos tuæ claritatis	
Jesu, verbum summi patris,		configura gratiæ.	80

Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 4. mit der Melodie, 13 Jahrh. (A). Aus geschriebenen Zusätzen des 15 Jahrh. in einem alten Messbuch zu Neuhausen (N) bei Pforzheim, und bei *Daniel* 2, 82 (D). Auch in der Mainzer Hs. Karth. No. 599. f. 40. Hs. zu Gratz 41/13 des 13 Jahrh. mit Neumen (G). Hs. zu S. Peter in Salzburg V, 16 p. 118 des 14 Jahrh. als *Sequentia* (P). Hs. zu Lichtenenthal, 15 Jahrh. (L).

8 spinis DP. 16 cinnamomum ANP, et cal. P. 17 myrrha N. 18 superas DGP. 25 salve conv. L. 25—27 stehen nach 27 APD. 27 fructum parturit LAGP. 30 producit L. 31 salve c. L. 36 abens G, habes DN. 37 es fehlt G. 41 fulgens D, claritatis P. 43 præfer D. 44 habens AP. 48 habens AD; an der Stelle von 48 steht 42 in G, und 48 an 42. 53 lux A. 53—56 stehen vor 49—52 in G. 61 speciali L. 62 præparas A. 63 o fehlt L. 65 dominaris L. 67 supremo DLA. 68 assigna AD. 69 terrore G. 71—80 hält D für Zusätze, sie stehen aber in den andern Hss. und sind nach der Anlage des folgenden Liedes nothwendig. 75 dono G. 80 gloriæ A, in figura N.

V. 2. vas electum. *πάλαι προκατήγγειλε τῶν προφητῶν ὁ σύλλογος στάμνον καὶ ῥάβδον καὶ πλάκην Μαριαν.* Nov. 21. S. No. 507, 161.

V. 8—12. spina, das jüdische Volk, wie in folgendem Responsorium der Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 142.

ad nutum domini nostrum dictantis honorem  
sicut spina rosam genuit Judæa Mariam.

S. No. 325, 17.

V. 14 flg. *μυροθήκη τοῦ πνεύματος.* Jul. Bl. 6.

V. 26. terra non arabilis, *ἀγεώργητος χώρα.* Sept. 11. *ἄσπορος γῆ.* Febr. 1. *ἡ ἀνήρωτος χώρα καὶ ἀγεώργητος, ἡ γεωργήσασα τὸν γεωργὸν τῶν ἀπάντων.* Jan. 27. *γῆ ἀγία ἀγεώργητος, στάχυν βλαστήσασα ἀσπόρος.* Jul. 25. *τῆς ἀγνείας τέμενος.* Nov. 28. S. No. 531, 16.

V. 27. terra dei, *θεοῦ χωρίον.* Magna bibl. patr. 12, 356. Jul. Bl. 2. *πανάγιον τέμενος θεοῦ.* Jun. 10. No. 346, 37.

V. 29. Die gemarterten Jungfrauen heissen die Griechen auch Lilien und Rosen, dieses in Bezug auf ihren blutigen Tod. *ἠνθησας ὡς κρῖνον, ὧ μάργυς Μαρίνα, ὡς ῥόδον.* Jul. 17.

V. 37. thronus Salomonis, *κλίνη Σολομών.* Jul. Bl. 6.

V. 43—45. *μόνη ἀξιοτέρα γεγένησαι τῶν ἀσωμάτων νοῶν.* Dec. 2.

V. 46. laus, *δόξα τοῦ γένους ἡμῶν.* Jul. Bl. 6. *καύχημα τοῦ κόσμου.* Dec. 15.

V. 52. *ἀνωτέρα ἀπάσης τῆς κτίσεως.* Jul. Bl. 12. No. 465, 8.

V. 65. *ὑπερτέρα τῶν ἄνω πέφυκας δυνάμεων.* Apr. 24. *χερουβὶμ ὑπερτρέχουσα.* Nov. 20.

V. 71 flg. *ῥῦσαι με τῆς πλάνης τοῦ δολίου δράκοντος.* Jul. 24.

525. *Sequentia de b. v. Maria.*

Ave virgo gratiosa, virgo mater gloriosa, mater regis gloriae!		Tempus imple jubilæi, libertatem per te rei recipiunt abunde.	
Ave fulgens margarita, per quam venit mundi vita, Christus sol justitiæ.	5	Exulta Syon filia, sanctorum tibi millia deserviunt jocunde.	35
O oliva fructifera, tu pietatis viscera nulli claudis hominum.		Tu es archa testamenti, quæ cœlestis sacramenti vim et robur contines.	
Nos exules lætificas ut vitis, dum fructificas salvatorem dominum.	10	Tu solium es gloriae, primatum cœli curiæ imperatrix obtines.	40
Ergo te thronum gratiæ cor adeat fiduciæ et opem impetrabit;	15	Hoc gaudes privilegio, quod in eodem filio communicas cum deo.	45
Fons misericordiæ, fons patens, fons copiæ petenti quid negabit?		Hic est, qui nos redemit, mortem morte peremit, de tribu Juda leo.	
Tu auri vas solidum, vas ornatum fulgidum, quod decore præeminet.	20	O vernalis castitas, qua gratanter floruit, o æstiva caritas, qua fructus maturuit.	50
Intulisti filium, qui elatus nimium super omnes eminet.		O virgo pulcherrima et incognita viro, per te junguntur ima summis ordine miro.	55
Aeternæ candor lucis, orbi quem introducis, per te nos irradiat.	25	Ave virgo, mater dei, tu supernæ sol diei et mundi noctis luna;	
Tibi salus omnium se dedit in filium, qui nos salvos faciat.	30	Clementior præ ceteris succurre nobis miseris, mortalium spes una.	60

<p>Ave decus virginale, templum dei speciale, per te fiat veniale omne, quod commisimus.</p>	<p>65</p>	<p>tota salus nostræ spei, tuæ matris interventu angelorum nos concentu fac gaudere jugiter.</p>	<p>80</p>
<p>Tu nobis es singularis, tu nos ducas, stella maris, tu nos semper tuearis, en ad te confugimus.</p>	<p>70</p>	<p>O Maria, via vitæ, nos ad hoc perduc: „Venite, patris mei benedicti!“ conregnemus ut invicti cum Christo sublimiter.</p>	<p>85</p>
<p>Ad te pia suspiramus, si non ducis, deviamus; ergo doce, quid agamus, post hunc finem ut vivamus cum sanctis perenniter.</p>	<p>75</p>	<p>Eja Jesu, rex benigne, fac vivamus tibi digne meritisque tuæ matris in gloria dei patris lætetur feliciter.</p>	<p>90</p>
<p>Jesu Christe, fili dei,</p>			

Hs. des 15 Jahrh. zu Lichtenthal.

23 milium Hs. 25 luc. cand. Hs. 30 faciet Hs. 45 communitas Hs.  
50 quam Hs. 52 quo fructu Hs. 63 virgineum Hs.

Dieses Lied ist dem vorigen im Versmass und der Strophenfolge ganz gleich, nur hat es am Schlusse zwei Strophen mehr. Entweder hat einer der beiden Verfasser auf den andern Rücksicht genommen oder sein Lied nach der Melodie des andern gemacht.

V. 16. misericordiæ. Dafür haben die Griechen eigenthümliche Ausdrücke. *συμπαθείας τῆς σῆς με ὀξείωσον, συμπαθέσιον λόγον κνήσασα. Paraclet. 177.*

V. 17. ἀκένωτος πηγῆ Oct. 13. fons copiae.

V. 25. 26. *λυχνία μυστικῆ, τὸ λαμπάδον περιφέρουσα. Oct. 11. No. 469, 27.*

V. 37. archa testamenti, sie heisst die Bundeslade, weil sie den Gesetzgeber getragen hat. *νοητὴ κιβωτὸς τὸν νομοδότην ἐβάστασας. Jul. 16.*

V. 47. Impletis temporibus, quæ deus morti statuit, terminabitur ipsa mors. *Lactant. div. inst. 7, 11.*

V. 53. pulcherrima, *παγκαλῆς. Jul. 21. περικαλλῆς. Jul. 27.*

V. 61. Darauf bezieht sich ihre Benennung *παρκαμύθιον τῶν θλιβομένων. Apr. 11.*

## 526. De s. Maria.

<p>Ave mater gloriosa, casti candor lili, ave mixtus odor rosâ, summi spes solatii.</p>	<p>5</p>
<p>In procinctu viæ stamus, lapis manum porrige, tua prece, ne cadamus, gressus nostros dirige, sancta Maria!</p>	

Hs. zu München Cgm. 716. f. 32. des 15 Jahrh. mit der Melodie.

3 rosæ Hs.

V. 5. ähnlich No. 524, 71. und demnach scheint dieses kurze Lied eine Antiphone zur österlichen Zeit, denn diese Anspielung bezieht sich auf den Auszug der Israeliten aus Aegypten (Exod. 12, 11), und ist hier bildlich auf den Hingang aus diesem Leben angewandt. S. No. 138, 15.

Auch viele teutschen Lieder vergleichen Maria mit Blumen. Ich bemerke deshalb hier die Anfänge von einigen Marienliedern in der Hs. des germanischen Museums zu Nürnberg No. 3910. vom Jahr 1421. Es sind Meisterlieder.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Eyn pluendes reis, der seldom hört,<br>geziert mit fleiss auf allen ort,<br>dein lob ich preiss, du susses wört,<br>Maria kunigin. | 2. Erkant ich aller plümlein plánk<br>und wüst ich aller wurcze gánk,<br>dor fur nem ich der fogel gesank,<br>dor aus so wólt ich tichten. |
|---|--|

### 527. De s. Maria (*troparium*).

- |  |  |
|--|--|
| 1. Ave plena gratiæ,<br>mater misericordiæ,<br>sancta Maria!<br><br>Per quam omnis gratiæ<br>fons ortus est ecclesiæ,      5<br>sancta Maria.                    | altissimi unigenitum,<br>sancta Maria!<br><br>O domina, o dominum<br>propitium fac<br>nobis tuum primogenitum,      25<br>sancta Maria!  |
| 2. Laude digna angelorum,<br>sume laudes peccatorum,<br>sancta Maria.<br><br>Spes reorum, spes lapsorum,      10<br>lætitia beatorum,<br>sancta Maria.           | 5. Tuam pertransiit<br>gladius animam,<br>cum in crucifixi<br>latere defixam      30<br>cerneres lanceam,<br>sancta Maria.<br><br>Vincula, colaphi,<br>blasphemiæ, spinea<br>corona, flagella      35<br>clavique te matrem<br>corde cruentarant,<br>sancta Maria. |
| 3. Te Gabriel lætificavit,<br>te paraclitus obumbravit,<br>sancta Maria.      15<br><br>Pater summus magnificavit,<br>dum filio matrem creavit,<br>sancta Maria. | 6. O lætitia!<br>o resurrexit      40<br>dominus,  |
| 4. O gloria, o gaudium!<br>dum genuisti      20  |  |

en, virgo, vivit tuus filius, sancta Maria!		cœlesti gloria circumdata, sancta Maria.	55
O regina, o regnat, vincit, imperat, non moriturus tuus unicus, sancta Maria!	45	Nostri memor esto in miseri- cordia in hac miseria, nos exules reduc ad æterna tabernacula, sancta Maria.	60
7. Nunc super choros angelorum ad extris filii mater regnas,	exaltata	8. O virgo, o domina, o mater regina, sancta Maria!	65

Hs. zu Admont, o. No. aus dem 12 Jahrh. mit Neumen. Einen solchen durchgehenden Rundreim hat auch No. 373, wäre die Bitte *ora pro nobis* beigefügt, so könnte man das Lied mit den gereimten Litaneien zusammenstellen.

16 te magn. Hs. gegen den Vers, suo fil. Hs. 37 cruentaverant Hs. 59 tuos f. nos Hs. 61 tabernacula Hs.

V. 10. pes lapsorum. Maria wird oft für die Gefallenen in den Liedern angerufen. Es ist eine Parallele: wie sie durch die Geburt Christi das Mittel war, die gefallene Menschheit wieder zu erheben, so soll sie für jeden gefallenen Menschen durch ihre Fürbitte bei Christo das Mittel für seine Erhebung seyn. No. 526, 6. No. 568, 1. No. 516, 35. No. 510, 54.

V. 23. 41. dominus. *μόνος κύριος Χριστός*. Pent. 82. nach Matth. 28, 18. Die Verbindung *domina* 23. 63 bezeichnet die Wirksamkeit der Fürbitte Mariä. S. No. 322, 1. 340, 1. No. 4, 15. Die Herrschaft Gottes heisst daher in den alten Sprachen wörtlich wie im Deutschen *dominalio*, *κυριαρχία*. Pent. 1. 1.

V. 46. Vgl. No. 389, 45.

V. 58. miseria, 60. æterna. (Θεός) τὸν μὲν πόνον ἐνταῦθα συνεκλήρωσεν, ἐνθα βραχὺς ὁ βίος, τοὺς δὲ στεφάνους εἰς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο, ἐνθα ἀγήρωις καὶ ἀτελεύτητος ὁ αἰὼν. Chrysost. in ps. 7, 8.

V. 59—61. διὰ σοῦ ἀγγέλοις ὁμόσκηνοι ἐν οὐρανοῖς ἄνθρωποι γεγόνασι. Pent. 267.

Fünf Grusslieder auf die Mutter Gottes enthält die Tegernseer Hs. zu München No. 1824. des 15 Jahrh., worin alle Strophen mit Ave anfangen und gleich gebaut sind, daher sie von einem Dichter zu seyn scheinen. Die Anfänge derselben lauten also:

I. Ave summi genitoris  
nati mater inclita,  
corda nostra per amoris  
tui flammam excita,  
veneremur cunctis horis  
te ut laude debita.

II. Ave porta, quæ transiris.  
III. Ave virgo, cui sincere.  
IV. Ave archa pietatis.  
V. Ave christianitatis.

Diese Hs. enthält mehrere Lieder von dem Prior Konrat von Gaming. Obige mögen auch von ihm seyn.

528. *Sequentia de domina nostra.*

Tibi cordis in altari deceat preces immolari, virgo sacratissima,		Si non essent redimendi, nunquam tibi pariendi redemptorem ratio.	
Nam cum in se sit inepta, tuo nato fit accepta per te precum victima.	5	Pro his facta singularis super cuncta principaris sub supremo principe.	20
Per te deum adit reus, ad quem per te venit deus, tu amborum media.		Ergo virgo sic promotā causa nostri nostra vota promovenda suscipe;	
Pro peccatis immolato peccatorum præsentato precum sacrificia;	10	Quod si reos sancta spernis, ut quid sis prælata ternis hierarchiis, respice.	25
Nec abhorre peccatores, sine quibus nunquam fores tanto digna filio,	15	Tu reorum advocata, per te sit ipsorum grata causa coram iudice.	30

Hs. zu Lichtenthal, 14 Jahrh. mit der Melodie (A). Hs. im Seminar zu Trient aus gleicher Zeit, mit der Melodie (B).

1 ibi B. 8 ven. p. t. A. 13 aborre B. 20 principalis A. 26 cernis f. ter. A. 27 ierarchiis AB, viersylbig. Die V. 19—30 stehen in anderer Verbindung auch in No. 550, 25—36.

V. 19. *singularis*, für *unica*, so braucht es schon *Lactant. div. inst.* 6. 8. *verum et singulare bonum*. Dafür steht auch *sola*, *μόνη*. No. 507, 81. 83. Daher heisst auch Gott *singularis*. *Lactant.* l. l. 6, 9 und *de ira dei*. 20. S. No. 451, 19.

V. 26. *ternæ hierarchiæ*, die neun Chöre der Engel. No. 308, 2. 531, 11.

V. 30. *iudex*. Darum ist das Urtheil am jüngsten Gerichte so schwer, weil es ewig dauert, denn von der Ewigkeit Gottes ist seine Gerechtigkeit unzertrennlich, deren Folgen einerseits die ewige Verdammnis, andererseits die ewige Seligkeit sind. *θεός ἐστὶν αἰεὶ μένων καὶ δικαιοσύνην μένουσαν ἔχων αἰεὶ*. *Chrysost.* in ps. 110, 4. Derselbe zu ps. 49, 3. sagt: *ἐπὶ τοῦ θεοῦ το ζῶντος ἀντὶ του δίκαιος ἐλλήπται*. S. No. 541, 49.

## 529. De b. virg. Maria. sequentia.

Stella maris, o Maria, expers parvis parens pia, plebem tuam respice!		Ad te, pia, suspiramus, si non ducis, deviamus, ergo doce, quid agamus post hunc finem, ut vivamus cum sanctis perenniter.	10
Vitam portans vitæ porta, nos supportans nos conforta nosque fortes effice!	5	Jhesu Christe, fili dei, tota salus nostræ spei, tuæ matris interventu angelorum nos concentu fac gaudere jugiter.	15
O Maria, stella maris, tu nos semper tuearis, en ad te confugimus;			

Hs. des Seminars zu Trient, 14 Jahrh. mit der Melodie. Die V. 10 — 19 stehen auch in No. 525, 71 — 80, der übrige Inhalt beider Lieder ist aber verschieden.

V. 1. 7. maris stella, diese Erklärung des Namens Maria ist halb nach der Wortbedeutung und halb nach der Bildlichkeit gemacht, denn in Mariam heisst zwar die Sylbe *jam* im Hebräischen Meer, aber *mar* nicht Stern, dagegen wurde diese Sylbe von den Lateinern auf *mare* bezogen, und darunter das Meer der Welt und der Sünden verstanden, in dessen Stürmen der Mensch zu Maria, wie zu einem tröstlichen Sterne blickt. S. No. 508, 6.

V. 9. confugimus. ἄλλο καταφύγιον πρὸς τὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην οὐκ εὐποροῦμεν ἡμεῖς, εἰ μὴ σὲ Θεόνυμφε. *Paraclet.* 49.

## 530. De eadem. sequentia.

Salvatoris mater pia, mundi hujus spes, Maria, ave plena gratia!		Cæcis lumen, claudis via, nudis Martha et Maria mentis desiderio.	10
Porta cœli, templum dei, maris portus, ad quem rei currunt cum fiducia.	5	Inter spinas flos fuisti, sic flos flori placuisti pietatis gratia.	15
Summi regis sponsa digna, cunctis clemens et benigna operum suffragio:		Verbum verbo concepisti, regem regum peperisti, virgo viri nescia.	

Regi nato adhæsisti, quem lactasti et pavisti more matris debito.	20	Reis ergo fac, regina, apud regem, ut ruinâ relaxentur debitâ,	25
Quæ conjuncta tunc eidem es regina facta pridem operum pro merito.		Et regnare fac renatos, a reatu expurgatos pietate solita.	30

Aus derselben Hs. Die V. 13—24 kommen in einer andern Verbindung in No. 550, 13—24 vor.

V. 10. *cæcis lumen*, durch ihren Glauben; wer wie sie an die Gottheit Christi glaubt, dem wird sie eine Führerin zum Lichte der Wahrheit. *Is videt, qui veritatem, in qua deus est, vel deum, in quo veritas est, oculis cordis adspexerit.* *Lactant. div. inst.* 6, 9. S. No. 532, 2. Als Wegweiser heisst sie auch ein Stab der Blinden, *βακτηρία τυφλῶν. Paraclet.* 49. No. 521, 30.

V. 16. *Lactant. div. inst.* 4, 12 drückt das so aus: *Maria divino spiritu hausto repleta concepit et sine ullo attactu viri virginalis uterus intumuit.* *λόγω τὸν λόγον ἐν γαστρὶ συλλαβοῦσα. Mart.* 13.

### 531. *Alia sequentia.*

Ave virgo gloriosa, cæli jubar, mundi rosa, cœlibatus lilium!		Florens hortus, ægris gratus, puritatis fons signatus, dans fluenta gratiæ.	20
Ave gemma pretiosa, super solem speciosa, virginale gaudium!	5	Thronus veri Salomonis, quem præclaris cœli donis ornavit rex gloriæ.	
Spes reorum es, Maria, redemptoris mater pia, redemptorum gloria:		O regina pietatis et totius sanctitatis flumen indeficiens,	25
Finis lethi, vitæ via, tibi triplex hierarchia digna dat præconia.	10	In te salva confidentes, salutari sitientes potu nos reficiens.	30
Virga Jesse florida, stella maris fulgida, sidus veræ lucis,	15	Ad te flentes suspiramus, te gementes invocamus, Evæ proles misera.	
Fructum vitæ proferens et ad portum transferens salutis, quos ducis.		Statum nostræ paupertatis vultu tuæ bonitatis clementer considera.	35



Cella fragrans aromatum,  
 apotheca charismatum  
 salutaris,

Dulcis Jesu mater bona,  
 mundi salus et matrona  
 supernorum civium, 45

Tuam nobis fragrantiam 40  
 spirans infunde gratiam,  
 qua ditaris.

Pacem confer sempiternam  
 et ad lucem nos supernam  
 transfer post exilium. amen.

Aus derselben Hs. mit der Melodie.

11 ierarchia, Hs. wie gewöhnlich.

Ἐπλήθυναν	Νεκρώσεως	
ὑπὲρ ἄμμον θαλάσσης τὰ πταίσματα	δερματίνους χιτῶνας ἐκδέδεται	20
τῆς ψυχῆς μου,	ὁ προπάτωρ,	
καὶ ὡς φόρτος βαρὺς κατατρύχει	ὁ γὰρ κτίστης αὐτοῦ ἐπενδύεται	
με,	ἐκ τῶν σῶν αἱμάτων	10
ἀλλὰ σὺ τὸ φῶς μου	σαρκωθεὶς ὑπὲρ λόγον, πανάμωμε.	
πρὸ τοῦ τέλους καθάρασα σῶσον με!		

<sup>1</sup> Diese Ueberschrift des Hirmus ist unrichtig, denn das Lied geht nicht nach der Melodie: *ἐβόησα ἐν στεναγμοῖς ἀσιγήτοις* (Mai. 2), sondern nach der

andern: ἐβόησε προτυπῶν τὴν ταφὴν (Mart. 10. 18), womit es ganz übereinstimmt.

1 dem Vers fehlt eine Sylbe. 10 *ααρὺς*, Hs. 13 *ἐπίυλεπον*, Hs. 14 *υυθιζόμενον*, Hs. 16 *ἀμετροίτων*, Hs. Alle diese Schreibungen beruhen auf der Aussprache.

V. 2. Das lateinische *compunctio* ist genau nach *κατόνυξις* gebildet und wird ebenso mit dem Leidenskelch zusammengestellt. No. 546, 13.

V. 7—9. In einem andern Marienliede *Paraclet.* 248. steht derselbe Gedanke: ἐπλήθυναν, δέσποτα, ὑπερ ἄμμον θαλασσῶν τὰ πονηρά μου πταίσματα. Auch in lateinischen Bussliedern. No. 285, 10.

## 562. Ad virg. Mariam, ante s. communionem.

Ave virgo virginum, quæ genuisti dominum, triumphatorem zabuli, reparatorem sæculi.		Audivi libens turpia, narravi gaudens frivola, replevi nares sæpius illicitis odoribus.	25
Maria, virgo virginum, cunctorum fons solaminum, peccavi, heu me miserum! a te posco remedium.	5	Esu potuque dulcium sum delectatus nimium, consensi suadentibus mortale crimen hostibus.	30
Esto mihi misero salvatrix et defensio, incurrunt hostes undique, devastant vitam animæ.	10	Peccavi per superbiam et per inanem gloriam, pollutus sum perjurio, contaminatus otio.	35
Perversi foras homines, maligni intus dæmones, jam multa mihi vulnera infixa sunt, o domina.	15	Iniquum per mendacium fefelli sæpe proximum ac de sudore pauperum collegi ceusu plurimum.	40
Quæ nisi tu curaveris, sunt causa mei funeris, heu culpæ reus teneor, quam tibi nunc confiteor.	20	Irae et avaritiæ servivi et luxuriæ, in corpore et anima commisi multa scelera,	
Nam quinque sensus corporis effeci portas criminis, videndo pulchra cupiens, tangendo lene diligens.		Et quæ corpus non potuit, mens perpetrare voluit. hæc tibi nunc confiteor, o cunctis sanctis sanctior!	45

<p>Tu causam meam suscipe et dignum pœnis eripe; me turpis cogitatio, me pestilens locutio,</p>	<p>50</p>	<p>Per sacramenta fidei, quæ corde credens didici, per sacram eucharistiam et per baptismi gratiam,</p>	<p>75</p>
<p>Me culpa dampnat actuum et nequitas consensuum; exora pro me filium, ut mihi det remedium.</p>	<p>55</p>	<p>Imploro te, piissima, pro impetranda venia, ut michi Christi passio culparum sit remissio,</p>	<p>80</p>
<p>Ex carne tua genitus favebit tuis precibus et matri, quæ se peperit, negare nichil poterit.</p>	<p>60</p>	<p>Et ejus resurrectio malorum diminutio, ejusdemque ascensio virtutum augmentatio,</p>	
<p>Per ejus natalicium ipsiusque jejunium, per asperas injurias, sputa, flagella, alapas,</p>		<p>Paraclitique missio in bono confirmatio, tua demum assumptio sit gloriæ collatio, ac præsens invocatio perpes propitiatio.</p>	<p>85    90</p>
<p>Quæ sponte sua pertulit, cum se pro nobis obtulit; per chlamydem coccineam et per coronam spineam,</p>	<p>65</p>		
<p>Per clavos et patibulum per mortisque supplicium, per aperturam lateris, per rivos sacri sanguinis;</p>	<p>70</p>	<p>Laus trinitati debita, honor, potestas, gloria perenniter sit omnia in sæculorum sæcula.</p>	

Hs. zu Mainz, Aug. No. 439. Bl. 28 des 15 Jahrh. Das Lied ist überschrieben: Oratio richmice edita ad virg. etc. Der Beisatz: ante communionem passt nicht zu dem Inhalt, vielleicht ist es Schreibfehler statt confessionem.

7 mimium Hs., nimium passt nicht zu me. 50 wahrscheinlich fehlen hier 2 Verse, die Hs. hat aber keine Lücke.

V. 11. 12. διασπαράσσει τὴν ταπεινὴν μου ψυχὴν ὁ ὄφις ὁ παμπόνηρος. Mart. 19.

V. 53. πάσης κατακρίσεως ἄξιος πέφυκα. Paraclet. 49.

V. 69. patibulum. Quis tam facundus et tanta rerum verborumque copia instructus existet, quæ oratio tantæ affluentiae ubertate decurrens, ut illam crucem merito deploret, quam mundus ipse et mundi tota elementa luxerunt? Lactant. div. inst. 4, 18.

V. 76. Dafür steht im Triod. X, 6. ὁ σταυρὸς πηγὴ φωτισμοῦ, denn die Erleuchtung ist die Taufe. No. 56, 1.

V. 80. Χριστὸν αἰτῆσαι, τοῖς δούλοις σου λύτρον δοῦναι πταισμάτων.  
Pent. 268.

Da im Confiteor das Sündenbekenntniss vor Gott, Maria und allen Heiligen abgelegt wird, so war es folgerecht, dass man auch Gebete und Gesänge an die Mutter Gottes zur Vorbereitung der Beicht und Busse machte, zu welcher Art obiges Lied gehört. Das *Eucholog.* p. 226. enthält einen *κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐν ἐξομολογίσει ἀμαρτωλοῦ* von Euthymius Syngellus aus dem Anfang des 10 Jahrhunderts, welcher beweist, dass die Griechen ebenfalls Marienlieder zur Beicht gebrauchten.

Andere Busslieder haben die Griechen auch wie die Lateiner, ein grosser Canon pœnitentialis von Andreas von Creta aus dem Ende des 7 Jahrhunderts ist in *Fabricii bibl. græca*, ed. *Harles* 11, 71 verzeichnet, lateinische s. No. 285 und in den Werken des Petrus Damiani *carm.* 220., welchen ich noch den Anfang eines italiänischen beifügen will, um aus den neueren Volkssprachen auch ein Beispiel zu geben. Dies Gedicht hat 42 Strophen und steht in der Hs. No. 220 des Franciscaner Klosters zu Padua, aus dem 15 Jahrh.

Da poi ch'io vezo el çielo, foco e tera  
chon el tenpestoxo mare, e sol e luna,  
le stele e la fortuna  
chontra di me, pronto a farmi guera:

Pianzendo me avolzo a quel, che aferà  
chon le sue sante braçe tuto l'universo,  
pero che ja somerso  
mi truovo mischino jo nel fondo.

Piaqua te adoncha, redentor del mondo,  
chavarme fuora de questa aspra vale,  
aço ch'el drito chale  
mi posa trovare, che me chonduca in  
porto.

Pero che son privo d'ogni conforto  
e non truovo riposo a tanti guai,  
e tu signor lo sai,  
si che se chori ormai mia mixera alma.

Devien, signor, chon vitorioxa palma  
ad aiutare la erante naviçela,  
che in quela gran proçela  
non truovo in sua salute alchun ri-  
paro.

Chori, dolçe signor, e non far di-  
moro,  
ch'io son ja apreso quela oribel sorte,  
chi me aprira le porte,  
dove a pianzer senpre sarò constreto.

Jo son dolente e pianzo el mio difeto,  
chon el qual onfixi la tua gran po-  
tençia,

si che per la tua chlemençia  
perdoname, signor, el mio grave erore;

E non guardai, che sia gran pechatore  
e sia stato al mondo pien d'ogni folia,  
che pur la drete via  
vorìa trovare, che sun el çielo mena.

Perdona me, signor, per quela pena,  
che in chroce sostenisti e tanti mali,  
per dar a nui mortali  
nel regno di beati algune parte.

Perdona me, signor, tute le charte  
dove non schrite su le mie gran colpe,  
perche lo se e polpe  
rimenbrando mi trema note e dia.

Perdona me, fiol de Maria,  
per lo preçioxo late, che suchasti  
de lei, quando vui intrasti  
nel verginal suo inmachulato.

Perdona me, signore, ben che io abia  
falato  
e non voler, ch'io vada nel inferno,  
astar nel fuocho eterno,  
chiedendo puo merçede a spiume e  
vento. etc.

## 563. Ad b. virg. Mariam.

Virgo germinavit florem,  
qui septenum fert odorem,  
virgo paritura prolem  
germinavit salvatorem.

Ex te genitus est deus,  
tuus dominus et meus,  
sicut resonat Matthæus,  
licet deneget Judæus.

O tu virgo singularis,  
aula Christi, stella maris,  
quæ *θεοτόκος* vocaris,  
mihi jam compatiaris.

Ego namque pro peccatis  
nimium inveteratis  
multum et non computatis  
mihi pertimesco satis.

Vulnera sunt veterana,  
quibus medicina vana  
exstat funditus humana,  
sana me, tu virgo sana.

O Maria benedicta,  
mea dilue delicta,  
ne sententia districta  
Christi mihi sit vindicta.

Aures tuas, o regina,  
meis precibus inclina,  
ut cœlestis medicina  
per te mihi sit vicina.

In me generatur fletus,  
stringit dolor, terret metus,  
neque possum fore lætus,  
quod peccatis sum repletus.

Astra cœli non sunt tanta,  
mea scelera sunt quanta,  
quæ tu, virgo, mater sancta, 35  
almis precibus supplantata.

5 O si dares nunc auditus,  
ut me traheres ad littus,  
quem demergit maris situs,  
in quo teneor invitus. 40

10 Fundunt lacrimas pupillæ,  
quas suscipiunt maxillæ,  
comparatus sum favillæ,  
in me vitia sunt mille.

15 Ante, te dilecta deo, 45  
recolens in corde meo  
multum rogitando fleo,  
ut sis pia mihi reo.

20 Emundare me sum præsto,  
nunc placari deo gesto, 50  
et tu, virgo, mihi mœsto  
jam placabilis adesto.

Nobilis es mente pura,  
cum sis mitis ex natura,  
quare nunc es mihi dura, 55  
nulla permanens cura.

25 Audi, porta paradisi,  
per quam multi sunt confisi,  
ego cum peccavi, risi,  
modo fleo, quod commisi. 60

Ad te clamo de profundo,  
genu flecto, corpus tundo,  
et tu nunc dilecta mundo  
vento subveni secundo.

O columba sine felle,  
jam suspiria repelle  
monstra te salvare velle  
meque manu compelle.

Ego namque cum peccavi,  
vidi vulnus et expavi,  
unde nunc mœrore gravi  
tibi supplico suavi.

Et tu, virgo, præbe mentem,  
monstra fore te clementem,  
ut me nimium mœrentem  
deum facias videntem.

65 Ego perpetravi facem,  
rupi verba legis decem,  
at tu, casta virgo, precem  
audi nunc et tolle necem. 80

70 Ante tuum, virgo, vultum  
fleo rogitando multum,  
ut, quid contra dei cultum  
feci, mihi sit indultum.

85 Quod si fuerit audita  
mea vox, convertar ita,  
75 ut Christus sit mihi vita  
sæcula per infinita. amen.

Reichenauer Hs. zu Karlsruhe, No. 36. f. 163. 15 Jahrh.

11 theotocon, Hs. ein gewöhnlicher Casusfehler. 31 nec non pos. Hs. 39 demergat Hs., könnte bleiben, wenn für quem *ne* stünde. 45 te fehlt der Hs. 46 recolens ist in recoles verändert. Es ist vitia beizudenken. 50 placare, Hs. gesto, des Reimes wegen statt gestio. 55 sis oder sit wäre besser. 56 fehlt eine Sylbe und der Vers ist dunkel. 62 flectu, Hs. vielleicht sollte flexo stehen. 68 manui repelle, dies in compelle verändert, Hs. 79 et Hs.

V. 23. 24. Θεὸς ἀνέχει τὴν ὀργὴν καὶ τὴν κατ' ἀξίαν ἀντίδοσιν, καλῶν τοὺς ἀνθρώπους εἰς μετανοίαν. Chrysost. in ps. 110, 4.

V. 33. 34. Matth. 18, 22. 24. No. 285, 9. 10.

V. 57. porta. Mit Bezug auf Matth. 7, 7.

#### 564. Ante communionem.

Virgo cunctis veneranda,  
corde pio, prece blanda  
a te peto, quæ sunt danda  
ad salutem animæ.

Formam tuam concupivit  
vita, per quam mundus vivit,  
et te totam insignivit  
donis spiritalibus.

Tu ditata tantis donis,  
tu prælata cœli thronis,  
fac me frui summis bonis.  
(\* fehlt 1 Vers.)

O sacrata sacra prole,  
circumfusa vero sole,  
peccatorum pressum mole  
clementer emunda. 15

5 Veræ vitæ clara cella,  
hujus mundi splendens stella,  
pro me deum interpella,  
sub quo tremo iudice.

10 O peccati carens spinâ,  
quam perfudit lux divina,  
te dotavit dote trinâ  
deus vera trinitas.

Patris virtus obumbravit,  
 carnem sumens te sacravit, 25  
 (\* fehlt 1 Vers.)  
 via, vita, veritas.

dei mater, ad te clamo,  
 quam post deum credens amo,  
 de virtutis tuæ ramo 35  
 fructum mihi porrige.

Tu cœlesti madens rore,  
 tu superna vernans flore,  
 regem cernis in decore,  
 tu de stirpe regia. 30

Fructum dico tui ventris,  
 panem vitæ, panem angelorum  
 concede esurienti  
 et de torrente voluptatis, 40  
 qui te totam inebriavit,  
 potum da sitienti.

Ex electis præelecta,  
 virga florens et directa,

Hs. der Stadtbibliothek zu Mainz, Karth. No. 640. Bl. 6. des 14 Jahrh.  
 Es folgen am Schlusse noch einige Zeilen, aber in Prosa.

9 bonis Hs. 14 me pecc. Hs. 18 dilectum f. deum Hs. 24 te ob. Hs.  
 Nach V. 25 fehlt dem Sinne nach eine Zeile, denn der h. Geist wird nicht ge-  
 nannt, was doch nach V. 23. 24 geschehen sollte und auch der Bau der Strophen  
 erfordert. Die letzte Strophe ist metrisch verdorben, vielleicht auch die vor-  
 letzte, denn jede scheint ursprünglich aus 2 vierzeiligen Strophen zu bestehen,  
 so dass nach 32 zwei, nach 38 und 41 je ein Vers fehlen. 33 te adoro fügt  
 die Hs. bei.

V. 19. *τρέμω τὸ κριτήριον τοῦ σοῦ υἱοῦ.* Oct. 21. *τὰ πλήθη τῶν πεπραγ-  
 μένων μοι δεινῶν ἐννοῶν, ὃ τάλας τρέμω τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς κρίσεως.*  
*Triodion. H, 2.*

V. 22 — 26. S. No. 10, 36.

V. 31. *μόνην γενεῶν ἐκ πασῶν σε ἐλέξατο.* Febr. 26.

V. 35. *ἡ ἐκλεκτὴ τε καὶ ὑπέριμος ἐκ πασῶν γενεῶν ἀναφανείσα μόνη.*  
*Paraclit. 257.*

V. 35 flg. beziehen sich auf das h. Abendmal, wofür das Lied gemacht ist,  
 wie die Ausdrücke panis vitæ und potus anzeigen. Den Begriff panis vitæ  
 haben die Griechen auch so aufgefasst, dass dadurch die ganze Menschheit er-  
 nährt wird, sie sagen daher: *τῆς παρθένου ἡ κοιλία στάχυν ἀγεώργητον ἔσχε, δι'  
 ὃν ἐκτρέφεται πᾶσα κτίσις.* Jul. 25.

### 565. Oratio de domina nostra de claritate.

Virgo gaude, digna laude,  
 templum sancti spiritus,  
 quæ naturæ victo jure  
 concepisti cœlitus,  
 actu miro sine viro  
 mater facta domini,  
 pro peccato morti dato  
 vitam reddens homini.

Virgo pia, vitæ via,  
 porta patens gloriae, 10  
 quam rectorum quisque morum  
 commendat memoriae,  
 plus decora quam aurora, 5  
 lunâ præcellentior  
 et solaris luminaris 15  
 radio intensior.

Flos regalis virginalis,  
 chori lux egregia,  
 quam de Jesse ortam esse  
 stirpe constat regia;  
 rex te talem ad regalem  
 introduxit thalamum,  
 flos decoris et odoris  
 præcellentis balsamum.

Dans odorem meliorem  
 myrrhâ et aromate,  
 odoratum magis gratum  
 omni thymiamate.  
 purga mentem jam fœtentem  
 et corruptam graviter,  
 resipiscat et jam discat  
 fragrare suaviter.

Fœtor gravis, qui de pravis  
 processit radicibus,  
 in odorem meliorem  
 versis cedat vicibus.  
 fons hortorum, riga morum  
 calorem arentium,  
 sacro rore et amore  
 divino carentium.

Rex, qui vivit, concupivit  
 tuam pulchritudinem,  
 gratiarum dans suarum  
 tibi plenitudinem;  
 nulla tantæ post nec ante  
 laudis esse meruit,  
 quia fructus ex te ductus  
 a morte nos eruit.

Feminarum jubar clarum,  
 sexus tui gloria,  
 genitricem tam felicem  
 quam refert historia,  
 venter cujus mundi hujus  
 salvatorem genuit,

regit polum, mare, solum,  
 quem in cunis tenuit. 55

20 Sancta parens, labe carens,  
 salutis puerpera,  
 stella maris, ab amaris  
 casibus me libera, 60  
 sacræ vitis uva mitis  
 da potum, quem sitio,  
 25 ut affectum geram rectum  
 purgatus a vitio.

Fluat stilla de mamilla 65  
 gloriosæ virginis,  
 30 fundat rorem, qui ardorem  
 extinguat libidinis,  
 qui arcana parum sana  
 mentis meæ foveat 70  
 et, quod sordis est in cordis  
 occulto, removeat.

Mater dei, cordis mei  
 dolorem considera,  
 voces meas quæso vehas 75  
 ad regentem sidera,  
 40 interpella, dei cella,  
 pro me tuum filium  
 et dignare meo dare  
 dolori consilium. 80

45 Delictorum funestorum  
 in profundum corruï,  
 vivens male, criminale  
 quod nunquam abhorruï,  
 et malorum qui tantorum 85  
 pressus mole jaceo,  
 50 hujus rei causa dei  
 sanctum nomen taceo.

Dignus parum ob mearum  
 sordium congeriem, 90



quæ pœnarum æternarum mihi parant seriem, quarum metu madens fletu pectus cogor tundere et ex mentis pœnitentis metu planctum fundere.		tuo placa servulo, qui pœnarum diversarum prægravatur cumulo.	10
Roga deum, ne me reum damnet propter crimina, sed afflicto pro delicto vitæ pandat limina. caro mea prorsus rea pœnas mihi cumulat et de corde pleno sorde germen mali pullulat.	95	Vas virtutum, iter tutum tuo servo præpara, ut finitâ mundi vitâ non trudar in tartara; spes lapsorum, contritorum sola consolatio, quam adorat et honorat cœli congregatio.	15 20
Quasi natus ad reatus ita reus omnium; mater clemens, tuum gemens imploro præsidium; mater prolem, luna solem	5	Supra chorum angelorum exaltata femina, pudicorum in me morum germen vivum semina, et cunctorum delictorum michi posce veniam, ut te duce plena luce ad regnum perveniam.	125

Hs. zu Mainz, Karth. No. 599 Bl. 49. des 14 Jahrh. (A). Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 91 (B), ohne Titel des Liedes.

Das Lied hat dasselbe Strophenmass wie das soliloquium s. Thomæ Aquin. (No. 504), aber nur der V. 73 stimmt damit überein.

9 vita A. 15 tu lunaris B. 16 incensior A. 18 besser dux, wegen chorus und der folgenden Abstammung. thori B. 19 cretam B. 32 fraglare A. 34 procedit A. 36 versus reddat B. 37 virgo B. 39. 40 fehlen A. 43. 44 gratiarum suarum tibi pl. A. 44 dedit A. 46 laudes A. 47 doctus A. 48 a morte eripuit B. 50 cui A. 52 quæ A. 65 sinat A. 67 dona B. 68 mis sedat B, feram A. 69 et B. 70 mentes m. foveam B. 72 removeam B. 77. 78 stehen an der Stelle von 79. 80 B. 84 quodcunque non B. 87 clausa A. 89 dignis B. 90 et geriem A. 93 fletus A. 95 extra B. 96 fletum B. 100 lumina A. 102 atque fehlt A. 108 implora B. 112 tumulo B. 114 propera A. 116 tradar B. 123 atque f. in m. A. 127 pl. fehlt A.

V. 2. templum. ἡγιασμένος ναός, Pent. 258. nämlich geheiligt durch den h. Geist. ναός ἐδείχθη θεοῦ. Ibid. 257. No. 374, 3. No. 338, 12.

V. 3. τοὺς νόμους τῆς φύσεως λαθοῦσα καὶ τίκεις καὶ μένεις ἀειπάρθενος. Men. Aug. 25.

V. 8. Daher heisst sie oft in den Menäen ἡ τὴν ζωὴν κνήσασα. Jul. 24.

V. 9. via. Diesen Beinamen erklären die Menäen also: ἐν σοὶ ἐθεωρήθησαν ὀντιῶς αἱ τοῦ κυρίου πορεῖαι, καὶ τοὺς βροτοὺς ὀδηγοῦσι. Nov. 11. S. No. 475, 21.

V. 22. thalamus, παστὰς φωτοειδής. Paraclet. 9.

V. 28. χρυσοῦν θυμιατήριον. Nov. 10.

V. 55. Vgl. No. 328, 5. 6. No. 326, 209.

V. 85. 86. τῶν κακῶν μου τὸ βαρὺ φόρτιον. Mart. 23.

V. 88. sordes, ἰλὺς παθῶν. Oct. 17.

V. 91. pœnæ æternæ. κολάσεις οὐκ ἔχουσαι παραμυθίαν. Chrysost. in ps. 123, 1.

V. 113. iter. Virtutis via non capit magna onera gestantes; angustus admodum trames est, per quem justitia hominem deducit in cœlum. Lactant. inst. div. 7, 1.

### 566. Oratio de b. Maria.

Jesse proles, pelle moles, quæ me premunt scelerum atque pacem da veracem perfectorum operum.		ut frigescant et quiescant pravi motus pectoris.	
Fraudulentus et cruentus hostis instat nimium, nempe certat, ut subvertat me per carnis vitium.	5	Sit serena mens et plena spirituali gaudio, illustrata et purgata veræ lucis radio.	30
Nunc patenter, nunc latenter non cessat irruere, quærens artem atque partem qua possit subripere.	10	Meum pectus sic affectus caritatis repleat, ut ab eo, quidquid deo, displicet, removeat.	35
Conservare me dignare, gloriosa domina, et relide homicidæ furentis conamina.	15	O Maria, vitæ via, plena dei gratiâ inter deum et me reum, precor, ut sis media.	40
Sermo vanus aut insanus mihi non subripiat, non auditus aut pruritus gulæ me dejiciat.	20	Funde precem, ne in necem decidam perpetuam, ut sim castus atque fastus hujus mundi respuam.	
Non me tactus aut olfactus ad peccatum concitet, non me visus sive risus aut furor præcipitet.		Ille doctor et instructor assit mihi spiritus, qui te mundam et fecundam fecit esse cœlitus.	45
Sic nociva incentiva sopiantur corporis,	25	Illa, inquam, ne delinquam, me conservet gratia, qua replevit te, qui flevit inter tua brachia.	50

Orbis rector et protector noster clementissime, nos invise, ut elisæ convalescant animæ.	55	quæ portavit et lactavit te sacrato ubere.	
Lumen sparge tuæ largæ super nos clementiæ atque mœstis da cœlestis solamen lætitiæ.	60	Da virtutem, ut refutem omnem immunditiam, fac me mitem, ut devitem zelum et superbiam.	75
Ob amorem et honorem matris tuæ tribue, ut cum bonis fruam donis quietis perpetuæ.		Honestorum mihi morum præsta elegantiam, pelle dolum, ut te solum pura mente capiam.	80
Rex virtutum, cujus nutum nemo potest fallere, nos tuere atque veræ dita lucis munere.	65	Jesu bone, sic dispone horam mei exitus, ut ad chorum electorum meus pergat spiritus.	
Rex benigne, fac me digne matrem tuam colere,	70	Pater deus, fili deus, deus alme spiritus, ad æterna nos gubernam gaudia divinitus.	85

Hs. zu Mainz, Karth. No. 599. Bl. 44. aus dem 14 Jahrh. (A), und Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 152 (B).

Dieses Lied ist ein Auszug aus dem grossen Gedichte Soliloquium soliloquiorum, welches dem h. Thomas von Aquino zugeschrieben wird, und zwar gehören V. 1—34 zu dem grossen Gedichte Theil I. Strophe 191—199. Sodann V. 37—52 entsprechen dem Thl. I. Str. 172—175. Ferner V. 53—64 sind aus Thl. I. Str. 200. 201. 203 genommen. V. 65—68 aus Thl. I. Str. 82. und V. 69 bis zu Ende aus Thl. I. Str. 85—89.

Nach den Angaben über das grosse Gedicht (No. 504 S. 258) ist obiges Lied aus verschiedenen Abschnitten zusammengesetzt und besteht aus Bruchstücken mehrerer Lieder, weshalb auch der Zusammenhang gestört ist.

Da die folgenden Lieder No. 566—568 dieselbe Beschaffenheit haben, so ist es schwer zu sagen, zu welchem Gebrauche sie bestimmt waren. Wahrscheinlich machten sich die Abschreiber solche Auszüge für ihre Privatandacht und setzten vielleicht aus dem Gedächtnisse zusammen, was sie von dem grossen Gedichte auswendig wussten. Da die Auszüge in Teutschland und Italien vorkommen, so war das grosse Gedicht weit verbreitet.

1 Jesse für Jessæ, die biblischen Namen bleiben aber meist indeclinabel stehen; solve B. 3 ad AB. 5 truculentus et B. 6 adest A. 9 silenter für lat. B. 10 cesset A. 16 fruentis A. 21 et B. 23 neque B. 25 innocentiva A. 29 sic A. 33 effectus A. 35. 36 fehlen in A und damit schliesst B einen Abschnitt. 41 ne fehlt A. 45 ductor — inductor B. 54 Jhesu für nost. B.

55 allisæ B. 56 convalescunt A. 57 atque f. tuæ A. 60 justitiæ A. 66 nihil p. B. 80 sentiam B. 82 transitus B. 87 per æt. B. 88 deus unus sæcula B.

V. 5. 6. δόλω ἀπαύστως ὁ ἐχθρὸς θηρεύει με ὁ πονηρός. *Paraclet.* 240. δόλω ὁ δόλιος σπονδάξει ἀπολέσαι με, παραλόγοις πάθει κινεῖ τὴν καρδίαν μου. *Ibid.* 297. No. 286, 23 flg.

V. 5—12. Voluit deus, qui homines ad hanc militiam genuit, expeditos in acie stare, et intentis acriter animis ad unius hostis insidias vel apertos impetus vigilare, qui nos, sicut periti et exercitati duces solent, variis artibus captat, pro cujuscunque natura et moribus sæviens. *Lactant. div. inst.* 6, 4.

V. 8. τὰς ἡδονὰς σβέσον τῆς σαρκός. Nov. 20.

V. 15. 16. δίκασον τοὺς ἀπαύστως με πολεμουῦντας δαίμονας. *Paraclet.* 190.

V. 31. 32. ἐπιφανεῖσα τῆς ψυχῆς μου τὸ σκότος ἀπέλασον. Sept. 10. Das kommt daher, weil Christus das Licht der Welt ist, und also von seiner Mutter gesagt werden kann: ἐκ φωτὸς φωτοδότην λόγον συνέλαβες. Aug. 27.

V. 35. vitæ via, Aug. 25. γέφυρα ἢ πρὸς θεὸν μετάγουσα τοὺς ἐκ γῆς No. 475, 21.

V. 40. σὲ τὴν μεσιτεύσασαν τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους ἡμῶν ἀνυμνοῦμεν, θεοτόκε. *Paraclet.* 129.

### 567. Alia oratio.

O Maria, vitæ via, plena dei gratiâ, inter deum et me reum rogo ut sis media;		quem subegit et confregit magna moles scelerum.	20
Funde precem, ne in necem decidam perpetuam, ut sim castus atque fastus hujus mundi respuam.	5	Orbis rector et protector noster clementissime, nos invise, ut illisæ convalescant animæ.	
Ille ductor et instructor assit mihi spiritus, qui te mundam et fecundam fecit esse cœlitus;	10	Lumen sparge tuæ large super nos clementiæ atque mœstis da cœlestis solamen lætitiæ.	25
Illa, inquam, ne delinquam me conservet gratia, qua replevit te, qui flevit inter tua brachia.	15	Dei fili, ex hostili serva me fallacia, da, ut fiam per Mariam dignus tuâ gratiâ.	30
Mater alma tuis salva precibus me miserum,		Ob amorem et honorem matris tuæ tribue, ut cum bonis fruar donis quietis perpetuæ.	35

Nunc te laudo, nunc te rogo per Mariæ meritum, ut æterni mihi regni clemens pandas aditum. 40	Micas panis velut canis mihi dari postulo, et quod quæro, tuo spero te daturum servulo. 60
Illic patrem atque matrem meam fac constitui et honorum æternorum ubertate perfrui.	Da virtutem, ut refutem carnis immunditiam, fac me mitem, ut devitem zelum et superbiam.
Pro meorum amicorum 45 te salute postulo, ut lætentur et salventur ab omni periculo.	Honestorum mihi morum 65 præsta elegantiam, pelle dolum, ut te solum pura mente cupiam.
Rex virtutum, cujus nutum nihil potest fallere, 50 nos tuere atque veræ lucis dita munere.	Jesu bone, sic dispone horam mei exitus, 70 ut ad chorum electorum meus pergat spiritus.
Et jejunos a te munus posco, ne deficiam, ut sanctarum scripturarum 55 mihi des scientiam.	Pater deus, fili deus, deus alme spiritus, pax æterna nos gubernata 75 deus unus per sæcla. amen.

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 141. mit dem Beisatze: inventa Coloniae, wozu nach das Lied auch am Niederrhein bekannt war (R), und Karlsruher Hs. o. N. von 1440 Bl. 79 (C), welche jedoch nur die 16 ersten Verse enthält und keine Strophenabtheilung hat. R zeigt bald vier- bald achtzeilige Eintheilung durch die grossen Anfangsbuchstaben der Verse.

Auch dieses Lied ist ein Auszug aus dem soliloquium soliloquiorum, wie das vorige, aber anderst zusammen gefügt. Die Strophen entsprechen dem grossen Gedichte Thl. I. Str. 172—175. Sodann Str. 5 dem Thl. I. Str. 113. Ferner Str. 6—10 dem Thl. I. Str. 200—204. Weiter Str. 11 dem Thl. I. Str. 117. Sodann Str. 12 dem Thl. I. Str. 166. Die übrigen Str. dem Thl. I. Str. 82—89 (A). Die Lesarten des grossen Gedichtes, die schon bei dem vorigen Liede bemerkt wurden, sind hier nicht wiederholt.

5 cædem R. 7 mundus C. 8 te laudare cupiam C. 13 ille nunquam C. 23 illese R. 31 dat R. 45 ac A, propinquorum A. 48 ex A. 49 sensum für nut. R. 50 nil R. 76 fehlt der Reim, vielleicht ist zu lesen unus per sæcla deus.

V. 16. ἐν ἀγκάλαις φέρεις τὸν πάντα βασιτάζοντα. Apr. 16. Zuweilen ist dieser Gedanken in den Marienbildern ausgedrückt, wenn das Jesuskind einen Apfel, als Zeichen der Weltkugel, in der Hand hat. Febr. 19. φέρουσα ἐν

ἀγκάλαις νεύματι τὸν φέροντα τὰ πάντα. April. 17. φέρεις χερσὶ τὰ πάντα φέροντα. Solche Gegensätze wurden im Lateinischen auch zu Räthseln benutzt, wovon ich ein Beispiel aus meinem Anzeiger hier wiederhole, welches Maria betrifft.

Me video matrem, pariens sine crimine patrem,  
cuncta coërcentem teneo, tenet ipse tenentem.

V. 20. moles scelerum, φόρτος ἀμαρτιῶν. Jun. 8. τῶν κακῶν τὸ βαρὺ φόρτιον. Mart. 23.

V. 70. τέλος μοι χρηστὸν προσγενέσθαι πρόσβευε. Apr. 16.

### 568. Alia oratio de b. v. Maria.

Jhesu Christe, per quem iste mundus primum factus est, homo-deus, per quem reus homo liberatus est,		et illustra corda nostra tuo sancto spiritu.	15
Metuende rex, defende nos a malis omnibus, redde vicem hanc felicem Mariam colentibus,	5	Propter illam, quæ mamillam tibi dedit parvulo, munimentum et augmentum tuo præsta populo.	20
Ut restaures nos, hæc aures tuas pulset precibus, hæc sustentet et præsentet tuis nos aspectibus.	10	Pastor bone, a leone tuas oves libera et cum illis, qui in cœlis gaudent, nos adnumera.	
Rex æterne, pio cerne supplices intuitu		Pater deus, fili deus, deus alma trinitas, per æterna nos governa sæcla deus trinitas.	25

Hs. zu Darmstadt, alte No. 845. aus dem 15 Jahrh. und Reichenauer Hs. No. 36 Bl. 154 (B).

Auch dieses Lied ist wie das vorige ein Auszug aus dem Soliloquium soliloquiorum und zwar aus Theil II. Str. 37—43.

2 primus B. Die 4 Schlussverse lauten in B so:

Regi magno laus et agno,	flaminique, qui utrique
patri atque filio,	compar est imperio.

V. 21. leo, der Teufel, in Bezug auf 1 Petri 5, 8. Er wird überhaupt ein Thier genannt. Nomine bestię antiquus hostis accipitur. Gregor. M. moral. 27, 49. S. No. 79, 25. No. 29, 25.

## 569. Ad b. Mariam.

Lux sanctorum, spes lapsorum, virgo mater domini, per quam vita restituta perhennis est homini,		Reos munda et circumda nos tuo præsidio, fac securos nos et puros ab omni contagio.	30
Tremebundo corde fundo preces ad te, domina, namque gravi, quam paravi, valde premor sarcinâ.	5	Liberari et salvari nos per te confidimus, quam clementem et potentem super omnes novimus.	35
Solve moles, sicut soles, quibus pressus jaceo et excusa, quod confusa mente factum doleo.	10	Rex benigne, fac me digne tuam matrem colere, quæ portavit et lactavit te sacrato ubere.	40
Dolor ingens me constringens vehementer cruciat, culpæ telum cor anhelum siquidem dilaniat.	15	Da virtutem, ut refutem omnem immunditiam, fac me mitem, ut devitem zelum et superbiam.	
Princeps mortis me intortis inquietat jaculis, tu resiste, ne me iste suis liget vinculis.	20	Honestorum præsta morum mihi elegantiam, pelle dolum, ut te solum pura mente capiam.	45
Dona pacem, per quam vacem divinis obsequiis, ne per curas perituras veris priver gaudiis.		Jesu bone, sic dispone horam mei exitus, ut ad chorum electorum meus pergat spiritus.	50
Da, quod gratum famulatum reddam regi gloriæ et ipsius amor pius meæ sint deliciæ.	25	Pater deus fili deus spiritus deus trinitas, in æterna nos gubernata deus unus unitas.	55

Hs. der ambrosianischen Bibliothek zu Mailand F, 13. des 15 Jahrh. (A).  
Hs. der Bibliothek Brera in Mailand AD. IX. 43. des 15 Jahrh. (B), bis zum  
V. 16, dann folgt ein ganz anderer Text als ein Theil des *Omni die dic  
Mariæ*.

Dieses Lied ist aus drei Bruchstücken des grossen Gedichtes zusammengefügt, nämlich V. 1—16 aus Thl. I. Str. 90—93. V. 17—36 aus Thl. I. Str. 74—78. V. 37—56 aus Thl. I. Str. 85—89. Ich bezeichne diese Hs. mit C.

1 dux C, besser. 4 est per. C. 7 quia gr. C. 8 gravor A. 9 molles A. 14 excruc. AB. 15 anellum A. 17. 19 nos C. 20 turbet AB. 25 et ut C. 27 ac ips. C. 43 metem f. me mit. A. 44 celum A. 45 mihi C. 46 præsta C. 47 pellum C, wol für pellam. 48 sentiam C, *capere* ist das biblische Wort. Matth. 19, 12. 50 transitus C, auch gut. 54 zu betonen: spir'tus, nach italiänischer Art; deus alme spiritus C. 55 per C. 56 sæcula f. un. C.

## 570. Ad eandem.

Splendor patris, factor matris, Jesu nostra gloria, da, ut fiam per Mariam tua dignus gratia.		da virtutem et salutem corporis et animæ,  Ut saluti restituti te laudemus, domine,	
Quamvis muta et polluta mea sciam labia, præsumentum, non silendum est de tua gloria.	5	qui salvasti, quos creasti, natus almâ virgine.	15
Dominator et salvator mundi benignissime,	10	Pater deus, fili deus, deus alme spiritus, per æterna nos governa sæcula divinitus.	20

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 151. aus Thl. I. Abschn. 5. des Soliloquium. Dies und das folgende Lied sind mitgetheilt, um einige Proben aus dem grossen Gedichte in ihrem eigenen Zusammenhang zu geben.

16 alme Hs.

## 571. Ad eandem.

Jesu verbum, qui superbum cruce vincens zabalum expiasti protoplasti noxâ tuum populum,		Rex cœlestis, sic modestis me perorna moribus, ut bonorum æternorum dignus sim muneribus.	10
A malignis pro indignis patiens crudelia, ut terrenos et egenos sublimares gloriâ.	5	Munimentum sit credentum ejus intercessio, quæ te pavit et gestavit sacrosancto gremio.	15



Reis parce, qui ab arce  
missus es ætherea,  
carne sumptâ, ut corrupta  
restaures et terrea. 20

Tu prudenter et pudenter 25  
fac nos cuncta gerere,  
ne phantasma tuum plasma  
possit ullum fallere.

Tua mundet et fecundet  
corda nostra gratia,  
ut virtutum ferant fructum  
expellendo vitia.

Fac me cautum nec non castum 30  
in hoc vitæ stadio,  
ut post fletus fruar lætus  
summæ pacis bravio.

Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 156. aus Thl. II. Abschn. IX.

23 dieser Reim ist den romanischen Sprachen gemäss, was ebenfalls auf einen italiänischen Verfasser hinweist. 25 tu fehlt in der Hs. 30 studio Hs. Dies könnte zwar stehen, weil das Leben auch eine Schule genannt wird (*παιδευτήριον ὁ παρὼν βίος ἐστὶ*. Chrysost. in ps. 8, 8), aber das folgende *bravium* passt mehr zu *stadium*, denn die Stelle bezieht sich auf 1 Cor. 9, 24.

V. 2. Für den Teufel (*zabulus*) steht anderwärts das, was er zuwege gebracht hat, die Sünde, den Tod und die Hölle, wie in folgenden Stellen. *ξύλον* (Christus) *νεκρώσας τὴν ἀμαρτίαν*. Jan. 1. *τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ θανάτου τὸ κέντρον καὶ ἄδου τὸ νίκος*. *Triodion* Y, 1. S. No. 265, 13.

V. 7. 8. *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὡς φιλόανθρωπος τῆς θείας δόξης κοινωνοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε*. *Paraclet.* 137.

V. 13. *τεῖχος τῶν πιστῶν*. *Paraclet.* 9. *σὲ τεῖχος ἔχομεν, θεοτόκε*. *Ibid.* 137. *δοξάζομέν σε οἱ πιστοὶ κατὰ χρόνος τὴν πόλιν τὴν ἄσειστον, τὸ τεῖχος τὸ ἀρόηκτον*. *Ibid.* 196.

V. 17. 18. *arx ætherea*. *Lactant.* div. inst. 6, 4. nennt den Himmel *arx mundi*.

Ein kurzes niederteutsches Bittlied, welches mit den Schmerzen Mariä zusammenhängt, möge hier noch folgen.

Maria, dorch dynes kyndes bloet,  
de smerte, de dorch dyn herte woet  
alse eynes deypen wagen vloet,  
make my mynen ende guet.

helpe my, dat ick der engele broet  
myt ruwen entffa in dodes noet.

Maria, dorch dynes kyndes doet,  
dat vor dy henck van blode roet,

Maria, dorch dynes sones lydent groet  
und dorch syn bloet, dat he vogoet,  
entffa my in der genaden schoet  
und make my aller sunde bloet. amen.

Aus einer in Hildesheim gefertigten Hs. von 1511 im Besitze des Hrn. geh. Ref. Fröhlich zu Karlsruhe. V. 9 würde besser lauten: dorch syn lyd.

## 572. De b. Maria virgine.

Cantemus in omni die concinentes varie<sup>1</sup>,  
conclamantes deo dignum hymnum sanctæ Mariæ.

Bis per chorum hinc et inde collaudamus <sup>2</sup> Mariam,  
ut vox pulset <sup>3</sup> omnem aurem per laudem vicariam.

Maria de tribu Juda, summi <sup>4</sup> mater domini, 5  
opportunam dedit curam ægrotanti homini.

Gabriel advexit verbum sinu patris paterno <sup>5</sup>,  
quod conceptum et susceptum in utero materno.

Hæc est summa, hæc est sancta virgo venerabilis,  
quæ a fide <sup>6</sup> non recessit, sed exstetit stabilis. 10

Huic matri <sup>7</sup> nec inventa <sup>8</sup> ante nec post similis,  
nec de prole <sup>9</sup> fuit plane <sup>10</sup> humanæ originis.

Per mulierem et lignum mundus prius periit,  
per mulieris virtutem ad salutem rediit.

~ Maria mater miranda patrem suum edidit, 15  
per quem aquâ latâ lotus <sup>11</sup> totus mundus credidit.

Hæc <sup>12</sup> concepit margaritam, non sunt vana somnia,  
per quam sani christiani vendunt sua omnia.

Tonicam <sup>13</sup> per totum <sup>14</sup> textam Christo <sup>15</sup> mater fecerat,  
quæ peracta Christi morte sorte statim steterat. 20

Induamus arma lucis luricam et galeam <sup>16</sup>,  
ut simus deo perfecti suscepti per Mariam.

Amen, amen, adoramus <sup>17</sup> merita puerperæ,  
ut non possit flamma pyræ nos diræ <sup>18</sup> decerpere.

Christi nomen invocamus angelis sub testibus, 25  
ut fruamur et scribamur litteris cœlestibus.

[Sanctæ Mariæ meritum imploramus dignissimum,  
ut mereamur solium habitare <sup>19</sup> altissimum.]

Hs. zu Basel, A. VII. 3. aus dem 8 Jahrh., von einer irischen Hand geschrieben (B) und Reichenauer Hs. zu Karlsruhe (K) aus dem 9 Jahrh., auch von irischer Hand, No. 95. letztes Blatt, ferner die Reichenauer Hs. No. 221. zu Karlsruhe (R) aus dem 8 Jahrh., von fränkischer Hand. In dieser ist das Lied überschrieben: himnus sanctæ Mariæ. Die Schriftzüge sind Urkundenschrift. Am Ende des Liedes sind in dieser Hs. die Anfangsworte Cantemus in omni die wiederholt, was der irischen Dichtkunst eigen ist.

Das Lied ist in Stabreimen abgefasst und hat die Eigenheit, dass je der zweite Vers Sylbenreime und Assonanzen in der Mitte zulässt, entweder zwei in der ersten Hälfte des Verses, wie V. 8. 18. 26, oder dass die Mittelreime vor und nach der Cäsur stehen, wie V. 12. 14. 20. 16. 22. 24. Die letzte Strophe hat diesen künstlichen Bau nicht, sondern gleiche Mittel- und Schlussreime und jambische Betonung, woraus man schliessen darf, dass sie nicht ursprünglich zu diesem Liede gehört habe. Die von der Regel abweichenden Formen mussten in diesem Liede stehen bleiben, um seinen nationalen Charakter nicht zu verwischen, wie es auch bei No. 270 beobachtet wurde, denn das Lied ist von einem Irländer.

<sup>1</sup> concinnantes variae KR, wegen dem Reim. <sup>2</sup> conlaudamus K, auch gut, conlaudemus R. <sup>3</sup> pulsat KR. <sup>4</sup> summa BR. <sup>5</sup> prius paternae R. <sup>6</sup> hæc fide R. <sup>7</sup> matre R. <sup>8</sup> inventam R. <sup>9</sup> flore R. <sup>10</sup> plana R. <sup>11</sup> lota R. <sup>12</sup> quæ BR. <sup>13</sup> tunicam K. <sup>14</sup> totam B. <sup>15</sup> Christi BR. <sup>16</sup> lurica vicariæ R. <sup>17</sup> adjuramus B, adoremus R. <sup>18</sup> dire B. <sup>19</sup> oder habere, undeutlich. <sup>15</sup>, <sup>16</sup> fehlen in B. Die zweite Hälfte von 23 bis zur zweiten Hälfte von 25 fehlen in R, wodurch aus den V. 23—27 nur eine Strophe gebildet wird und die Erwähnung Marias wegbleibt. 27, 28 fehlen in RK mit Recht, sie gehören nicht zu diesem Liede.

V. 9. summa. Nihil est æquale Mariæ, nihil, nisi deus, majus Mariâ. S. *Anselmi* orat. 52. Dieser Gedanken kommt in den Liedern oft vor.

V. 19. Der ungenähte Rock Christi ist schon bei den Griechen ein Bild der ungetheilten Kirche, sie sagen daher von den Vätern zu Nicäa: τὸν διηρημένον Χριστοῦ χιτῶνα καὶ διεξόρηγμένον κισὶν ὑλάταις σοφῶς συνεξόρασατε. Oct. 11. Ebenso *Augustinus* sermo 265, 7. Christus tunicam desuper textam nusquam consutilem dividi noluit, sorte provenit. in illa veste unitas commendata est. Ein noch älteres Zeugniß gibt *Cyprian*. de unit. eccles. p. 398. hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiae inseparabiliter coherentis ostenditur, quando in evangelio tunica domini nostri Jesu Christi non dividitur omnino nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi, quis Christum indueret, integra vestis accipitur atque indivisa tunica possidetur. — Possidere non potest indumentum Christi, qui scindit et dividit ecclesiam Christi. — Sacramento vestis (Christus) declaravit ecclesiae unitatem. Vgl. darüber auch *Optat. Milev.* lib. 3. p. 356. Um dieselbe Zeit (im Jahr 376) sagt Hieronymus über die Griechen (epist. 15): Oriens indiscissam domini tunicam et desuper textam minutatim per frustra discerpit. *Chrysost.* adv. Judæos 3, 1. οὐδὲν χεῖρον τοῦ τὴν ἐκκλησίαν διασπᾶν καὶ τὸν χιτῶνα, ὃν οὐκ ἐτόλμησαν οἱ λησταὶ διαξόρῃσαι, τοῦτον εἰς πολλὰ κατατεμεῖν μέρη. Tunica illa sortita omnium partium (ecclesiae) significat unitatem. *Augustin.* in evang. Joh. tr. 118, 4. Dieselbe Ansicht bei *Gregor. Naz.* orat. 12 p. 190. Tunica ecclesiae, hoc est corpus Christi, desuper contexta est et nulla ex parte consutilis, quæ ne ab inimicis quidem scindi potest. *Hieron.* in ep. ad Eph. 4, 28. Vestem Christi et qui diviserunt, non violaverunt, et illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morientem videbant. Si a persecutoribus vestis non conscissa est pendentis in cruce, cur a christianis destruitur sacramentum sedentis in cælo? *Augustin.* epist. 23, 4. Innumerabiles hæreses tunicam Christi consciderunt. *Hieron.* adv. Jovin. 2, 37. Conscindunt unitatem, id est, tunicam caritatis. *August.* in evang. Joh. 3, 13. § 15. Man lernt aus diesen Belegen, dass die Benennungen *scissio* und *schisma* nach der Vorstellung vom Zerreißen des ungenähten Rocks gewählt wurden, dass also diese

Bedeutung der Tunica Christi bei den ältesten Christen allgemein bekannt und angenommen war, nämlich dass durch sie die Einheit und Untheilbarkeit der Kirche ausgedrückt wurde. Denn die Einheit der Kirche ist ein Correlat zur Einheit Gottes. Quæritur autem, utrum vestra an nostra sit ecclesia dei? quapropter illud quærendum est a capite, cur schisma feceritis. *August. epist. 87, 10.* In una Christi ecclesia fons est vitalis. *Hieron. in ep. ad Eph. 4, 5.*

V. 21. nach Rom. 13, 14.

### 573. Hymnus de beata Maria virgine.

Virgo Maria, digna parens dei  
Evæ nocentis germine flebili  
ceu flos rosarum sentibus editus,  
sanctis refulsit prædita moribus.

Quæ si tonanti prima potissimam 5  
voto pudoris obtulit hostiam,  
sancti maneret ut casa spiritus,  
quem mentis almæ casta juvat  
domus:

Hinc certa constat signa nitescere  
nascentis ipsa lucis origine, 10  
cum flatus undis est sacer in-  
ditus,  
ut segregaret sicca liquentibus.

Sic illa prorsus extitit omnium  
contagione libera sordium,  
dum spiritalis gratia luminis 15  
prolem creavit ejus in intimis.

Et cataclysmi dum violentia  
terris inundans perderet omnia,  
archæ natantis ille capax sinus  
est octo vivis auxilio datus: 20

Præsentis æque lubrica sæculi  
supernatando, remige nobili,  
hæc instar archæ, stella maris  
pia,  
mentes pudicas vexit ad æthera.

Tum patriarchæ præputii caro 25  
truncata quondam vulnere saucio  
signavit ante virgineum decus,  
terrena mactans membra reatibus.

Flagrare cernens et Moyses rubum,  
nullis adustum viribus ignium, 30  
partum notavit virginis inclitum,  
nullo virili germine conditum.

Summus sacerdos israhelitici  
cœtus Aaron, jussa sequens dei,  
in æde sacra fixit amygdala, 35  
quæ mox recepit frondibus obsita.

His ergo miris majus et hoc fuit,  
florens quod ex se virga nuces  
tulit,  
prolem beatæ virginis indicans,  
quæ vicit omnes munere fe-  
minas. 40

Felix Esajas, ille dei videns,  
Achaz tyranni facta redarguens,  
Emmanuelis præcinuit novam  
ex matre castâ progeniem datam.

Quis Jheremiæ dicta silentio 45  
in laudis hujus prætereat loco,  
qui præferebat dogma prophe-  
ticum,  
circumdedisset femina quod virum?

Quid Daniele de puero pio  
inferre possum, quo referat modo 50  
de monte sectum non grave sax-  
ulum  
implet terræ mole suâ sinum ?

Hæc umbra legis gessit ænigmata,  
Christi figurans mystica munera,  
sed veritatis luce modo datâ 55  
præsentat ipsas res nova gratia.

Nam missus astris Gabriel angelus  
hæc nota fecit virginis auribus,  
semper manentis quod patris  
unicum  
deberet orbi promere filium. 60

Mens ergo dictis credula dans  
fidem

flatûs superni rore propaginem  
certo dierum tempore concipit,  
quam summa cœli regia non capit.

Effecta tandem virgo puerfera 65  
et caritatis fomite fervida  
non spreuit ire sedula, proximam  
ut visitaret Elisabet suam.

Clausus Johannes matris in in-  
timis

insueta cunctis gaudia parvulis 70  
dum voce nescit, motibus inge-  
rens  
vatis futuri prætulerat vices.

Mater prophetæ talia munera  
mirata complet vocibus æthera,  
virgo, beatam te fore prædi-  
cans, 75  
in te præstantes munere feminas.

Tu corde tristi tunc aderas tuo,  
cum fixus esset in cruce, filio,

pro se fovendum qui tibi filium  
carum reliquit discipulum suum. 80

Te transeuntis non latuit via,  
cum nube vectus esset in æthera,  
ejus fores cum addita testibus,  
in montis alti vertice stantibus.

Dignatus idem rursus ab æthere 85  
ad te petendam hæc sola tangere,  
per obsequentes te tulit angelos,  
ni fallor, ipsâ carne super polos.

Hoc evidentis indicii fide  
toto volebat orbe patescere, 90  
præbendo per te plura petentibus  
veræ salutis dona fidelibus.

Nam forte quidam nunc sacer est  
locus

in urbe sacrâ Jerusalem situs,  
sub jure saucti nominis hunc tui 95  
servat senatûs turba monastici.

Hos grandis olim dum premeret  
fames

auri nitentis tu dederas opes,  
arâ repertas, nemine conscio,  
has quis sacrato detulerit loco. 100

Exinde victûs sufficientia  
cum stipe fratres pasceret annua,  
mox gratiarum debita munia  
cum laude cœpit solvere plebs pia.

Judæus unus arte vitrarius 5  
cum disciplinis pro liberalibus  
natum docendum christicolis suum  
contradidisset ingeniis acrem,

Hunc cum cœvis currere contigit,  
Christi sacerdos qua populo  
dedit 10

cœlestis escæ munera mystica,  
accessit ipse suscipiens ea.

Statim revertens ad propriam  
domum

ex more patri præbuit osculum,  
causas retexens lætitiæ suæ 15  
dapesque sumptas ecclesiæ sacræ.

Tunc dirus hostis ille fidelium  
flammis paravit tradere filium,  
sed tutus ille mansit in ignibus  
dextrâ beatæ virginis obsitus. 20

Picturâ notam quam sibi fecerat  
sub æde sacra, quam modo viderat,  
qui mox renatus fonte sacro dei  
est corde junctus ecclesiæ matri.

O vicedomne, sancte Theophile, 25  
dic, qua levatus tu quoque sis ope,  
ars cum nefandi te caperet viri,  
ut jus subires sponte diaboli,

Quem visione corporeâ videns,  
stabas minantis intuitu tremens, 30  
qui more visus est ibi principis  
præstare multis culmine subditis.

Tunc abnegatâ catholicâ fide,  
spes ne qua posset jam veniæ  
fore,  
pactum notabas triste chirogra-  
pho, 35  
promisit ante quod tua sponso.

Respexit autem te pietas dei,  
commissa fleres ut sceleris tui,  
ut cautionis susciperes tuæ  
cartam nefandam virgineâ prece. 40

Oris Maria missa canopicis  
et denigrata sorde libidinis,  
post jura votis æquivocæ suæ  
est castitati dedita maximæ.

Hs. zu Karlsruhe aus Reichenau No. 244. Bl. 73. aus dem 10 Jahrh. Das Versmass dieses Liedes ist aus der alcäischen Strophe entlehnt. Solche Strophen von vier choriambischen Versen haben auch *Ennod.* hym. 8. und *Sidon.* *Apoll.* epist. 9, 13.

17 kataclysmi Hs. 53 enigmata Hs., des Verses wegen verkürzt. 59 manentem wäre deutlicher. 65 puerpera, Hs. irrig, es ist so viel wie *υποφόρος*, prolifera. 82 esset fehlt, dafür ist in der Hs. eine Lücke. 94 Hierusalem, Hs. 124 matri, gegen das Versmass. 134 nequa Hs. 135 cyrografo Hs., metrisch richtig ist cherographo, diese Form wurde aber zur Zeit dieses Liedes nicht mehr gebraucht. 141 horis Hs.

Nach den Reimen 39. 40. 71. 72. 75. 76. 107. 108 ist das Lied von einem romanischen Dichter. Seiner Anlage nach soll es Alles umfassen, was auf Maria Bezug hat, von der Schöpfung an bis auf die Zeit des Verfassers; dieses grossen Umfanges wegen ist aber vieles weggeblieben. Der Behandlung nach scheint dieses Lied von demselben Dichter zu seyn wie No. 102, der älteren Mustern gefolgt ist.

V. 1. 2. Bei der Menschwerdung Gottes sind vornämlich drei Ursachen ins Aug' zu fassen, die Gerechtigkeit, Allmacht und Erbarmung oder Liebe Gottes. Die Gerechtigkeit wird mehr in den Liedern auf die Dreieinigkeit hervorgehoben (s. No. 23), die beiden andern Gründe mehr in den Marienliedern, weswegen auch Maria mater misericordiæ, d. i. die Mutter des barmherzigen

Gottes heisst. Die Allmacht Gottes bei der Menschwerdung beweist *Anselm. Cant.* Cur deus homo, 2, 8. bündig also: quatuor modis potest deus facere hominem: videlicet aut de viro et de femina, sicut assiduus usus monstrat; aut nec de viro nec de femina, sicut creavit Adam; aut de viro sine femina, sicut fecit Evam; aut de femina sine viro, quod nondum fecit. Ut igitur hunc quoque modum probet suæ subjacere potestati, et ad hoc ipsum opus dilatum esse, nihil convenientius, quam ut de femina sine viro assumat illum hominem (Christum). Die Barmherzigkeit Gottes bei der Menschwerdung bezeichnet Anselm in folgenden Sätzen: Convenit, ut quemadmodum hominis peccatum et causa nostræ damnationis initium sumpsit a femina, ita medicina peccati et causa nostræ salvationis nascatur de femina; ac ne mulieres desperent, se pertinere ad sortem beatorum, quoniam de femina tantum malum processit: oportet, ut ad reformandam spem earum de muliere tantum bonum procedat. Diese Parallele, welche in den Liedern häufig vorkommt, ist altchristlich, namentlich findet man die Nutzenanwendung derselben, die im Nachsatze ausgesprochen ist, schon bei Augustinus sermo 184, 2. Christus vir est natus, ex femina est natus et uterque sexus est honoratus. Sermo 289, 2. Uterque ceciderat sexus, uterque fuerat reparandus. Sermo 190, 2. In nullo sexu debemus injuriam facere creatori: utrumque ad sperandam salutem commendavit nativitas domini. honor masculini sexûs est in carne Christi, honor feminini est in matre Christi. Die Geburt Christi von der Jungfrau beweist Anselm durch denselben Parallelismus: si virgo erat, quæ causa fuit humano generi totius mali, multo magis decet, ut virgo sit, quæ causa erit totius boni. Si mulier, quam fecit deus de viro sine femina, facta est de virgine, convenit valde, ut vir quoque, qui fiet de femina, sine viro fiat de virgine. Vgl. auch lib. 2, 20. S. No. 357, 7—9.

V. 13. 14. *μᾶμος ἐν σοὶ καὶ μολυσμὸς οὐκ ἔστιν ὄλωσ.* Nov. 13. Sie heisst daher oft *ἀμόλυντος*, wie im Lateinischen *immaculata*, weil sie die Mutter des fleckenlosen Lammes ist. Apocal. 14, 4. *Thomæ Aquin.* compend. theol. c. 224.

V. 29 flg. *νόμικοί σε τύποι καὶ τῶν προφητῶν αἱ προῤῥήσεις σαφῶς προεμίγνον.* *Paraclet.* 273.

V. 53. *ænigmata. συμβολικαὶ ἐμφάσεις.* Nov. 12. *σωματικαῖς μορφώσεσι καὶ ποικίλοις ἀνίγμασι καὶ συμβολικαῖς καὶ τυπικαῖς ἐμφάσεσι τὴν σὴν προεμίγνον οἱ θεηγόροι γέννησιν.* Nov. 13.

V. 59. *unicum semper manentis patris* heisst, *qui semper patris filius unicus mansit*, wie in folgender Stelle deutlich gesagt wird: *ὁ πατρικὸς κολπὸς μὴ λιπὼν καὶ καταβὰς ἐπὶ τῆς γῆς Χριστός.* *Paraclet.* 272.

V. 125. *Theophilus.* Ueber diese Legende s. *Aemil. Sommer* de *Theophilicum diabolo fœdere.* Berlin 1844. *Oeuvres de Rutebeuf* publ. par *Jubinal.* Paris 1839. II, 260 flg. meinen Anzeiger 1834, S. 266 flg. (*Pfeiffer's*) *Marienslegenden.* Stuttgart 1846. S. 139. Ermanung Freud und Leid Marien. Oppenheim 1500. Strophe 3 spielt darauf so an:

dein gût kann wenden hellenschmertz,  
dein knecht Theophilus bewertz.

Hs. zu Mainz, Karth. No. 640, f. 78 des 12 Jahrh.: *tu Theophilum desperatum apostatam reconciliasti filio tuo in gratiam.* Obiges Lied ist wohl eines der ersten, welches diese Legende erwähnt. Eine lateinische Bearbeitung in leoninischen Versen des 12 Jahrh. steht in der Hs. zu Darmstadt No. 749 in Quart. Vgl. oben No. 402, 34. S. 113. Hs. zu Admont, No. 638. des 12 Jahrh.

V. 135. ὁῦξον τῆς αμαρτίας τὸ χειρόγραφον. *Goar rit. Græc. 405. 406. No. 140, 14.*

V. 141—44 betreffen die h. Maria von Aegypten, denn *canopicus* wurde für *ægyptiacus* gebraucht. S. No. 153, 13.

### 574. De s. Maria. hymni.

#### *ad primam.*

Beata dei genitrix,		quem graviter offendimus,	
nitor humani generis,		tu mitem redde, quæsumus.	
per quam de servis liberi		Sit tibi laus, altissime,	
lucisque sumus filii,		qui natus es de virgine,	10
Fac tuum nobis filium	5	sit honor ineffabili	
pia prece propitium,		patri sanctoque flamine.	

#### 575. *ad tertiam.*

Maria, decus hominum		commenda prece supplici,	
regis æterni solium,		tuis intentos laudibus	
septem columnis edita	15	mitis cernat ac placidus.	20
domus a sapientia;		Sit tibi. etc.	
Tu nos venturo judici			

#### 576. *ad sextam.*

Maria templum domini,		mentis gestare gremio,	
dei mater et hominis		ex tua carne genitus	
tunc vere virgo virginum,		nostris regnet in sensibus.	
cum peperisti filium;		Sit tibi etc.	
Da nobis hunc in fervido	25		

#### 577. *ad nonam.*

O singularis femina,		sacris absolve precibus,	
sola virgo puerpera,	30	tua promentes merita	35
præclara vitæ janua,		ad cœli transfer præmia.	
qua cœli patent atria!		Sit tibi etc.	
Tu nos culparum nexibus			



578. *ad vespervas.*

Maria, virgo regia,  
David stirpe progenita,  
non tam paterna nobilis  
quam dignitate sobolis,

40

complanta novo germini,  
per te sit genus hominum  
regale sacerdotium.

Sit tibi etc.

Tu nos avulsos veteri

Diese 5 Lieder No. 574—78 stehen in der Reichenauer Hs. zu Karlsruhe No. 84 f. 47. aus dem 10 Jahrh. (A); No. 574. 577 stehen in der Hs. von S. Peter zu Salzburg S, 296. des 12—13 Jahrh. (B) und in der Hs. zu Gratz 40/96 des 12 Jahrh. (C); No. 575. 576 stehen in der Hs. zu S. Peter in Salzburg I, 8 (D), und alle 5 Lieder in den Werken des Petrus Damiani, carm. No. 52 bis 56 (E). Nach dem Alter der Hs. A können aber diese Lieder nicht von ihm seyn, da er ihm Jahr 1080 starb.

A hat keine Ueberschriften, sondern nur die Bemerkung: ad horas, von spätere Hand; sie sind von der Ausgabe entlehnt, die jedoch No. 578 ad completorium bestimmt und dadurch eine Tagzeit übergeht. No. 574 hat B zur Terz.

4 hucique sumus redditi BC. 5 nob. tu. B. 10 ex für de EB. 12 almoque BC. 13 o Mar. A. 21 dom. fehlt D. 25 hic in D. 29 domina B. 31 vit. pr. B. 35 venerantes BC.

V. 1. beata, griechisch gewöhnlich *παμμακάριστος*. dei genitrix, *εἴ τις θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστὶ τῆς θεότητος*. Gregor. Naz. or. 51 p. 738. So nennt sie auch Athanas. in ps. 105, 50, worüber Antonelli præf. in psalter. Athanasii c. 33 zu vergleichen ist.

V. 3. *κατάρσας ἡλευθέρωσας προγονικῆς τὸ ἀνθρώπινον*. Jun. 2. *ἔλυσας δεσμοῦ τῆς πάλαι καταδικῆς τὸ ἀνθρώπινον*. Jul. 27.

V. 14. *solium*. *τοῦ βασιλέως καθέδρα*. Jan. 27. *ὡς θρόνος κυρίμορφος τὸν βασιλέα φέρεις τῆς κτίσεως*. Horar. 468.

V. 21. *templum*. Sept. 4. *ναὸς πανάγιος*. Nov. 24. *θεοχώρητος ναὸς*. Nov. 29. *ναὸς ἡγιασμένος τοῦ θεοῦ*.

V. 22. *μητὸς υἱὸς ὁ πατὸς ἀπάτωρ, ὁ πρὶν ἀμήτωρ δέ*. Oct. 11.

V. 31. *janua*, *πύλη φέρουσα πρὸς θεῖαν εἴσοδον*. Jun. 4. *janua regni caelorum*. Anselmi orat. 52.

V. 33. *culparum nexus*. *σειραὶ τῶν πταισμάτων*. Dec. 23. Es bezieht sich auf die Stricke des Teufels, wie Chrysost. de punct. 1, 4. sagt: *ἅπαντας εἰς τὰς ἑαυτοῦ παγίδας ἐνέβαλεν ὁ πονηρὸς*.

V. 41. 42. *ἐκαινοτόμησας θεσμούς φύσεως, τὰ διεσιῶτα τὸ πρὶν παραδόξῳ μεσιτείᾳ σου ἤνωσας*. Aug. 28.

Eine Reihe von Liedern auf die Jungfrau Maria nach den 7 Tagzeiten oder Wochentagen unter dem Titel: Laudatorium b. v. Mariæ enthält die Hs. zu S. Peter in Salzburg X, 37 des 15 Jahrh. mit diesem Anfang;

Ave dei filia  
Christique conclave,

cujus patrocina  
redolent suave;

canere præconia  
tua mihi fave,

nam hoc tuâ gratiâ  
non est mihi grave.

Es sind 3 Lieder zu jeder Tagzeit, jede von 10 Strophen, jede Strophe des ersten Liedes fängt mit *Ave* an, jede des zweiten mit *Salve*, jede des dritten mit *Gaude*. Vgl. No. 507.

### 579. De b. Maria.

Virga de Jesse generata stirpe,  
virgo, tu floris genitrix perennis,  
sume prolatas tibi symphonias  
sancta Maria!

te melodiis canat ordinatis,  
morte quam nati penetravit alti  
mucro doloris.

Te canat primum chorus ange-  
lorum, 5  
solis auroram maris atque stellam,  
quæ poli portas reserare clausas  
promeruisti.

Personant hymnum tibi confitentum  
ordines votis jubilationis,  
hunc deum cæli quia credidisti,  
quem genuisti. 20

Concinant vates proceresque his  
sex  
quod sacro sanctæ thalamo  
puellæ 10  
jungitur verbo caro, terra cælo  
his paranymphis.

Tu parens nati sine conjugali  
solvis antiquam muliebrem damnum,  
virgines almæ viduæque sanctæ  
laude rependant.

Martyrum cætus nece purpuratus

Laus deo patri parilique proli, 25  
pneumati sancto sit utriusque juncto,  
qui creaturæ deus universæ  
regnat in ævum.

Reichenauer Hs. No. 84. zu Karlsruhe, Bl. 47. aus dem 10 Jahrh. Mit dem Beisatz von späterer Hand: ad vespas.

17 personant, ist der einzige Indicativ des Liedes, aber dennoch ziehe ich auch in den andern Stellen diesen Modus dem Coniunctiv vor.

V. 1. ῥίξης τοῦ Ἰησοῦ ῥάβδος πέφυκας. Aug. 10. ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίξης Ἰησοῦ Μαρία, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς Χριστός. Dec. 14. ῥάβδος μυστικῆ ἀνεβλάστησας Μαρία, ἤνθησεν ἐκ σοῦ ἄνθος ὁ δεσπότης, ὁ κτίσας τοὺς αἰῶνας. Dec. 22.

V. 5. chorus, τάξεις ἀγγέλων. Jul. 28.

V. 5—24. Bei Goar rit. Gr. p. 358. ist der Gedanken des obigen Liedes kürzer so enthalten: βασιλέων, προφητῶν, καὶ ἀποστόλων καὶ μαρτύρων ὑπάρχεις τὸ καύχημα, γλωσσοῦσα πᾶσα εὐφημεῖ καὶ μακαρίζει καὶ δοξάζει τὸν ἄχραντον τόκον σου. Auch in den Menäen Jul. Bl. 6: ἀνακηρύττουσιν ἅπαντες πατριάρχαι καὶ προφηταὶ τρανώς καὶ ἀπόστολοι τὰ μεγαλεῖα τὰ σὰ, καὶ τῶν μαρτύρων χόρος καὶ δόσιον ἅπαν τὸ πλήρωμα.

V. 6. solis aurora, ἡ κόσμῳ δικαιοσύνης τὸν ἥλιον ἀνατείλασα. Oct. 2. No. 534, 1.

V. 9. χοροὶ προφητῶν ὑμνοῦσι σε. Men. Mai 6. proceres, χορεῖαι ἀποστόλων.  
Jul. 28.

V. 13. ὑμνοῦσι σε ἅπαντες πατριάρχαι καὶ προφήται τρανωσὶ σὺν ἀποστόλοις  
ἱεροῖς, καὶ τῶν μαρτύρων χοροί. Aug. 31. coetus martyrum, δῆμος μαρτύρων.  
Jul. 28.

V. 21. conjugali, scil. viro, daher in den Menäen ἄνδρος μήτηρ. Sept. 8.

## 580. Sequentia de s. Maria.

1. O virga ac diadema purpuræ regis, quæ es in clausura tua sicut lorica;

2. Tu frondens floruisti in alta vicissitudine, quam Adam omne genus humanam produceret.

3. Ave, ave, de tuo ventre alia vita processit, qua Adam filios suos denudaverat.

4. O flos, tu non germinasti de rore nec de guttis pluvix, nec aër desuper te volavit, sed divina claritas in nobilissima virga te produxit.

5. O virga, floriditatem tuam deus in prima die creaturæ suæ præviderat,

6. Et de verbo suo auream materiam, o laudabilis virgo fecit.

7. O quam magnum est in viribus suis latus viri, de quo deus formam mulieris produxit, quam fecit speculum omnis ornamenti sui et amplexionem omnis creaturæ suæ.

8. Inde concinunt cœlestia organa et miratur omnis terra, o laudabilis Maria, quia deus te valde amavit. quam valde plangendum et lugendum est, quod tristitia in crimine per consilium serpentis in mulierem fluxit.

9. Nam ipsa mulier, quam deus matrem omnium posuit, viscera sua cum vulneribus ignorantix decerpsit et plenum dolorem generi suo protulit.

10. Sed, o aurora, de ventre tuo novus sol processit, qui omnia crimina Evæ abstersit et majorem benedictionem per te protulit, quam Eva hominibus nocuisset.

11. Unde, o salvatrix, quæ novum lumen humano generi protulisti, collige membra filii tui ad cœlestem harmoniam.

Hs. zu Wiesbaden, worin die Werke der h. Hildegart von Bingen, mit der Melodie, 12 Jahrh.

2 humanum scheint besser.

Abs. 1. diadema, eine seltene Benennung, auch im Griechischen διάδημα τίμιον. Men. Aug. 31.

Abs. 2. 3. Adam ex uno delicto suo reos genuit, Christus autem, etiam quæ homines delicta propriæ voluntatis ad originale, in quo nati sunt, addiderunt, gratia sua solvit atque donavit. — Ab Adam, in quo omnes peccavimus, non omnia nostra peccata, sed tantum originale traduximus, a Christo vero, in quo omnes justificamur, non illius tantum originalis, sed etiam ceterorum, quæ ipsi addidimus, peccatorum remissionem consequimur. *Augustin. de peccat. merit. 1, 14. 16.*

Abs. 3. 10. Die lateinischen Marienlieder stellen die Geburt Christi nicht so deutlich und oft als die zweite Schöpfung der Menschheit dar, wie die griechischen, wo es z. B. heisst: θεὸς τὴν φθαρθεῖσαν καινίζει βροτῶν φύσιν καὶ ἀναπλάττει τὸ ἀνθρώπων. Sept. 29. *Anselm. Cant. Cur deus homo 2, 2.* Quod autem homo talis factus sit, ut necessitate non moreretur, hinc facile probatur, quia sapientiæ et justitiæ dei repugnat, ut cogeret hominem mortem pati sine culpa, quem justum fecit ad æternam beatitudinem. sequitur ergo, quia si nunquam peccasset, nunquam moreretur.

Abs. 8. cœlestia organa. Ebenso No. 388, 1.

Ein grosses Lied des 12 Jahrh. auf die Glieder Mariä steht in der Hs. von S. Peter in Salzburg S, 296. und fängt so an:

Hymnum dico, mater dulcis, sancta Maria,  
 tuo dulcissimo capiti,  
 quo trivisti caput durum noxialis colubri  
 per prolatum ex te caput cœlestis consilii,  
 qui (l. quod) est Christus, caput hujus filiorum fidei.

Hymnum dico, mater dulcis, s. Maria,  
 tuis sacris auribus,  
 quarum nobis per fenestram verbum bonum incidit  
 eructatum de superni patris corde verbi.

### 581. De s. Maria v.

Salve porta poli  
 dominoque pervia soli,  
 tu mater Christi  
 fieri quæ digna fuisti,  
 tu virgo mitis,  
 da veræ pocula vitis,  
 ut læti patriam  
 valeamus adire supernam.

Tu virgo etc.

Quam dulcis redolet  
 tua dives memoria

per orbis ambitum,  
 o præcelsa virgo Maria!  
 quia prompta es miseris  
 succurrere apud tuum  
 5 filium pro peccatis. 15  
 nunc ergo plebi  
 precibus succurre fideli.  
 Quia prompta etc.

O dignitas incomparabilis  
 omnipotentis dei matris,  
 10 quæ auctrix salutis extitit, 20

dum castam deo se obtulit;  
 de qua splendor effulsit,  
 qui mundi caliginem  
 sua claritate obduxit.  
 nam vitam, quam Eva  
 prævaricando abstulit,  
 hanc Maria  
 obediendo reddidit.

De qua splendor etc.

Virgo speciosissima,  
 et in omnes  
 te invocantes  
 clemens es,  
 tuque salvatorem genuisti,  
 nec pudorem amisisti.  
 nos tibi devotos agnosce  
 et post mortem filii  
 tui gratiam posce,  
 regni consortes  
 ut simus, dilue sordes.

Et Christi supereminentissimam 40

in Mariam veneremur gratiam,  
 quoniam elegit  
 eam deus et præelegit  
 inhabitationem sibi.

25 hæc munus spei 45  
 det nobis et requiei.

Concio cœlestis  
 consurgat et terrestres,  
 cantica alternantes  
 et Mariæ gloriam exaltantes. 50  
 hæc enim inimicitiam,  
 quæ in medio fuit, pacem veram  
 adportando dissipavit,  
 angelicas hominumque cohortes  
 pacificavit.

30 Hæc enim splendida 55  
 stella maris, quæ plena nites,  
 deitatis tu virtus et spes,  
 populi tu gloria perpes,  
 sancti per te salvantur,  
 quicumque vocantur. 60

sis miseris fau \* \*

Hs. zu S. Peter in Salzburg S. 296. 12 Jahrh.

1—8 sind Hexameter mit Mittelreimen, wie auch 16. 17. 38. 39. 45. 46. die nach den Reimen abgetheilt wurden, während 54 stehen blieb. 50 exultantes Hs. Das Lied bricht in der Hs. unvollendet ab.

V. 1. porta poli, so viel als janua cœli in No. 590, 28. ἡ οὐράνιος πύλη, ἡ σωτήριος θύρα. *Triod.* 109.

V. 29. speciosissima. ἡ περικαλλῆς καὶ θεαυγῆς παρθένος. *Paraclit.* 205. Die strahlende Gestalt der Heiligen beruht ganz auf biblischen Vorstellungen, nämlich darauf, dass Christus das Licht der Welt ist, dass er verklärt wurde und dass die Gerechten wie die Sonne glänzen werden. Der Heiligenschein Mariä hat noch den besondern Grund, weil sie *aurora* genannt wird, womit auch ihr Beinamen πύλη τοῦ φωτός (*Ibid.*) zusammenhängt. In einem handschriftlichen Gebetbuch von Hildesheim von 1511 heisst es von Maria:

dyne schonde unde dyne wolgestalt  
 mercke (maket?) dyn gelucke ungetalt,  
 brynget dy to rykedome mennychvalt.

V. 40. 41. Plus gratiæ collatum fuit (Mariæ) ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. *Augustin.* de nat. et grat. 42.

V. 58. populi gloria. σέ τὸ πανάριστον κλέος τοῦ γένους ἡμῶν ὑμνοῦμεν,  
Triod. 85. S. No. 586, 24.

V. 60. vocantur, die berufen werden. Vgl. No. 587, 12.

### 582. De s. Maria.

Jesse proles, quibus doles, leva moles scelerum, mater solis, carens dolis, lux in polis siderum.		Summa spei, salus rei, gignens dei filium, 5 virga floris, vellus roris et decoris lilium.	35       40
Non ignota tibi vota plebs devota dirigit, cujus cura peremtura mortis jura corrigit.	10	Salutata, fœderata et ditata flamine, tu de cœlis da querelis 15 Gabrielis famiae.	45
Hoc fatemur, quod meremur, si veremur inferos, quos a solo reddas polo verbo solo liberos.	20	Lactas patrem, qui se fratrem teque matrem contulit, qui et gratis pro peccatis et dampnatis obtulit.	50      55
Spem salutis destitutis tu virtutis gradibus laptos quæris, vitam geris, anguem teris pedibus.	25  30	Ergo audi et exaudi tuæ laudi deditos, et in laude nato plaude, salva fraude perditos.	60

O serena, nos a pœna trahe plenâ gratiâ;	65	vitam dona, dona dona, me te dona nescia.	70
---	----	--	----

Hs. zu S. Gallen No. 383. p. 131. 13 Jahrh. mit Noten.

2 doles für condoles, misereris. 35 ginnens Hs. 46 ist dunkel, es wird solatium oder ein ähnliches Wort beizudenken seyn. 70—72 sind durch die Wortspiele dunkel, dona dona heisst wol, gib mir Geschenke, damit lässt sich aber nescia nicht verbinden, und 71 sollte man tibi erwarten.

V. 5. solis. Significatur Christus aliquando per solem, sicut per leonem etc. cujusdam similitudinis causa, non proprietatis substantiâ. *Augustin. cont. Faust. 12, 22.* τὰ ὀνόματα (θεοῦ) τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ ἐστὶ σημαντικά. *Chrysost. in ps. 44, 5.*

V. 37. virga floris. ῥάβδος ἡ μυστικὴ ἄνθος τὸ ἀμάραντον ἐξανθήσασα. *Triod. 289.*

V. 53—56. Nach Rom. 11, 6, wozu *Augustin. de anima 1, 9.* sagt: de pœna liberat gratia sine merito.

### 583. Sequentia.

Matri consolationis filii salvationis fidelis adoptionis grates reddant cum precibus.		votis dei desponsata per Gabrielem nuntium.	20
Lingua menti gerens morem cordis exprimat fervorem, unum resonent tenorem vota cum vocis laudibus.	5	Fidem dedit et obedit, verbo credit, verbum edit, mentem ventrem verbo cedit, grato gratum hospitium.	
Ab æterno ordinata, in figuris præsignata, in scripturis prophetata præludeo sub mystico.	10	Mundus stupet, hæc puella, tam pusilla quod novella, mellis stilla, maris stella, se continentem continet,	25
Digna dei mater esse, virga de radice Jesse, flos cœli de terræ messe rore processit cœlico.	15	Cuncta cum patre causantem, matris in sinu pausantem hunc infantem, sed gigantem, qui manu cœlos sustinet.	30
Plena bonis virgo grata, dives donis ac donata,		Carnem verbo genitricis jure dat et lac nutricis, pannos vice obstetricis, o quanti qualis gerula!	35

Compatitur patienti,  
 conmoritur morienti  
 et congaudet resurgenti  
 salutis nostræ sedula.

Tantis meritis onusta,  
 tantis gratiis venusta,

imperatrix o augusta,  
 cœli regnans in regia!

40 Nobis, mater et matrona, 45  
 sperantibus tua dona  
 utriusque vitæ bona  
 da, nam potes, ex gratia.

Hs. zu Gratz 42/51. 13 Jahrh. mit Neumen.

13 signa f. digna Hs. 26 quam für quod wäre besser, denn novella stilla kann man nicht wol als Ablativ construiren, sondern es ist eine Apposition. 29 causantem für creantem, daher ist juncta für cuncta in der Hs. ein Schreibfehler. 34 nutricis, scil. jure.

V. 9. ordinata. (Christus) virginem matrem, non lege carnis peccati, id est, non concupiscentiæ carnalis motu concipientem, sed pia fide sanctum germen in se fieri promerentem, quam eligeret, creavit, de qua crearetur, elegit. *Augustin. de peccat. mer. 2, 38.*

V. 15. flos cœli, Christus; messis terræ, Maria; rore cœlico, nach der Stelle: rorate cœli desuper. Isai. 45, 8. ῥοδον τὸ ἀμάραντον βλαστήσασα. *Triod. 283. S. No. 582, 37.* Christus wird eine Rose genannt wegen seinem blutigen Tode, weshalb er auch im Isaias mit einem rothen Kleide vorgestellt ist. ὡς ἐκ βαφῆς ἀλουργίδος ἢ νοητῆ πορφύρας τοῦ Ἐμμανουὴλ ἔνδον ἐν τῇ γαστρὶ σου ἢ σὰρξ συνεξυφάνθη. *Triod. 83. τὴν βασιλείον στόλην ἐκ σοῦ, παρθένε, θεὸς ἐφόρσε. Ibid. 130. S. No. 541, 20.*

V. 41. meritum. In den Hymnen hat dies Wort eine gute Bedeutung, die alten Schriftsteller brauchen es auch in der bösen als *culpa*. Dicat meritum ejus, utrum bonum fuerit, ane malum? *Augustin. de anima 1, 9.*

#### 584. De b. Maria.

Gaude mater luminis,  
 quam divini numinis  
 visitavit gratia, Maria.

Salve virgo regia,  
 flore, fructu candida,  
 divina potentia, Maria.

Plena dei munere  
 meruisti gignere  
 prolem sanctitatis, Maria.

Tu virtutum speculum

illustrasti sæculum  
 luce claritatis, Maria.

Te adorant superi  
 matrem omnis gratiæ, Maria.

5 Ad te clamant miseri 15  
 de valle miseræ, Maria.

Audi voces, terge fletus,  
 nos commenda filio, Maria,

10 Ut nos suo tua prece 20  
 collocet in solio, Maria.



Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 75. mit Neumen, 13 Jahrh. (A). Hs. daselbst Breviar. No. 123. f. 191. mit Neumen, 13 Jahrh. (B).

11 perlustrasti B. 17 preces B. 19 prece tua AB.

V. 11. sæculum. Quis ambigat, sæculi nomine homines significatos esse, qui nascendo in hoc sæculum veniunt? *Augustin.* de peccat. mer. 1, 27.

V. 19. tua prece. In einem Gebetbuch von 1511, das in Hildesheim geschrieben ist, heisst es so:

dorch der yuncffrouwen sote rede            geve uns god heyl unde vrede.

Die alten Marienbilder in den römischen Katakomben sind in feierlich betender Stellung mit ausgebreiteten Armen, wie die Priester von jeher am Altare während der Messe beten. Maria betet aber nicht für sich, denn sie braucht es nicht mehr, sondern für die Menschen, die sie um ihre Fürbitte anrufen. Diese Bilder beweisen also, dass die Verehrung und Anrufung Mariä wenigstens bis in das dritte Jahrhundert zurückgeht, denn sie wurden während den Christenverfolgungen gemacht, die nach Diocletian aufhörten. Damit stimmt auch die Angabe überein, dass schon im dritten Jahrhundert bei den Christen in Kleinasien Gebete zur Mutter Gottes gebräuchlich waren. S. No. 322, 21. m. latein. Messen S. 80.

### 585. Sequentia de s. Maria.

Imperatrix angelorum,  
consolatrix orphanorum,  
audi nos, o Maria!

In sublimi sedes throno,  
propulsata precum sono  
audi cet.

Spes et salus infirmorum,  
sublevatrix oppressorum,  
audi nos. cet.

Quæ ut mater veneraris            10  
5 obtinendo, quod precaris,  
audi cet.

Tibi virgo decantantes,  
tuas laudes concrepantes  
audi cet.

Præelecta sola soli  
nos commenda tuæ proli,  
audi nos, o Maria!

Hs. zu Gratz 42/51. 13 Jahrh. mit Neumen.

9 propulsata im Sinne von interpellata. 10 veneraris ist hier passiv gebraucht, was auch bei interpretor und andern Deponentien vorkommt.

V. 6. 7. *ἱκετηρίαν ποιήσον ὑπὲρ τῶν ὑμνουμένων σε.* *Triod.* 85. S. No. 602, 20. No. 499, 89—92.

V. 10. 11. S. No. 389, 50. No. 587, 10.

586. *Laudes b. Mariæ.*

Ad concentum vox faceta formetur in júbilo, psallat quivis mente læta terso doli júbilo,		Væ mutasti maledictum Gabrieli credula, dum servasti benedictum ave cordis cellulâ.	35
Decachordis symphonia resultet tripudio, virgo mater dei pia laudetur in gaudio.	5	Hæc mira discretio mutavit flagitium, quod Adæ transgressio induxit per odium.	40
Salve decus virginum, virgo salutifera, reformatrix hominum, salutis puerpera,	10	Tu es archa Noe viva per mundi diluvia, tu columba cum olivâ veræ pacis prævia.	
Conservatrix puritatis, gemma pudicitiae, fons totius pietatis, sordis carens carie.	15	Tu es Sara nobis ridens risus ac præludia, tibi risum dari videns Isaac ex gratia.	45
Ostentatrix veritatis sine doli pallio, singularis castitatis fulta privilegio.	20	Tu Susanna, quam accusat nunc senum perfidia, tu regina, quam excusat legis providentia.	50
Summi regis regia radians præ ceteris, virtutum materia, laus humani generis.		Nulla potest declarare tuum vox præconium, nec ad plenum commendare te valet linguagium.	55
O Maria, vera via, vivax vena veniæ, o sophia, cella dia summæ sapientiæ.	25	Sicut enim picturatur pratam pictis floribus, sic tibi laus jugis datur variis nominibus.	60
Stella maris comprobaris claritatis radiis, tuis caris in amaris scintillans naufragiis.	30	Flos immarcessibilis pudoris virginei, margarita nobilis candoris ætherei.	

Decor ineffabilis nominis feminei.	65	Colit, laudat plebs humana te pro suo modulo, quantum sinit mens vesana, servit tuo titulo.	
Aurora gementibus irrorans dulcedinem, spem ferens petentibus, vitæ plenitudinem.	70	Speciale trinitatis es quidem hospitium, triumphale majestatis nobile triclinium.	95
Tu regina, quam divina coronavit gloria, tu lucina matutinâ fulgens luculentia.		Tui mater genitoris, tui nati filia, primitivi vim doloris rupisti propitia.	100
Pulcra tota sine nota, puræ lex fascetiæ, prece mota regi vota subjungis lætitiæ.	75	Ergo nostri spes laboris, portus ac solatium, da spiramen veri floris, dele, quod est noxium.	5
Caritatis amplexatrix pulso doli fomite, bonitatis ampliatrix virtutis sub tramite.	80	Sanativi stillâ roris extingue cauterium, quod nos ducit ad stridoris æterni supplicium.	10
Nec sensus perpendere, nec vox potest dicere, nec stylus describere, quanta sis in æthere.	85	In hoc mari sis solamen, remex, aura, statio, nobis cymba, dux, tutamen sis tuo suffragio.	
Te collaudat vis superna resultando canticis, tibi datur laus æterna cantibus angelicis.	90	Eja mater veri dei, palma, virtus, gloria, nostri velis misereri, tu nobis es omnia.	115

Hs. zu Lichtenthal des 14 Jahrh. mit der Melodie.

35 serasti, Hs. 40 mutavit, Hs. ist wol Schrbf., odium, scil. diaboli. 73 lucina steht vielleicht für *lucerna*, jedenfalls bedeutet es *aurora*. 76 fascetiæ, Hs. 87 vis superna für den Plural *virtutes cæli*.

V. 1 — 8. ὕμνω σε, πανάμωμε, θεὸν ὑπερύμνητον γὰρ ἔτεκες, θεοῦντα τοὺς μέλποντας. *Paraclet.* 204.

V. 5. 6. Die musicalische Begleitung des Kirchengesangs wird hie und da erwähnt. S. No. 612, 3. Auch ein Hirmus Mai 11 fängt mit diesen Worten an: μουσικῶν ὀργάνων συμφωνούντων. Jetzt haben die Griechen keine mehr.

V. 24. laus hum. gen. εἰς σέ, Θεοτόκε, καυχώμεθα. *Triod.* 86.

V. 29—32. 111—114. Maria wird oft genannt λιμὴν τῆς ψυχῆς, Hafen der Seele, weil das Leben ein Meer von Sünden und Gefahren ist, ἡ ψυχὴ μου ἐν ζάλῃ τῶν πειρασμῶν ἀκυβέρνητος, ποntonυμένη τῷ κλύδωνι ἁμαρτιῶν τε φόρτω. *Oct.* 10. Das Meer ist daher auch ein Bild der Hölle, worin der Leviathan haust. No. 36, 11. No. 379, 39. No. 381, 18. No. 398, 7. Inter minaces sæculi fluctus in tuto insulæ, i. e. ecclesiae gremio. *Hieron. epp.* 7, 3. Daher auch folgende Vergleichung: Vela suspendite, crucis antenna figuratur in frontibus. *Ibid.* 14, 6. λαίλαψ ἁμαρτιῶν χαλεπὴ ἐν τῷ πελάγει με τοῦ βίου κατέλαβε. *Paraclet.* 212. λιμὴν ἐν ζάλῃ μοι κινδυνεύοντι τῶν πειρασμῶν γενοῦ, Θεοχαριτώτατε δέσποινα, καὶ παθῶν μου τὸν σάλον προἶνονσα τὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου ξήρανον πέλαγος. *Paraclet.* 249. S. No. 262, 31.

V. 67. aurora irrorans, diese Benennung ist in den Menäen umgedreht: δρόσος ἔωθινή. *Oct.* 7.

V. 87. superna. τὰ οὐράνια ὑμνεῖ σε, μήτερον ἀνύμφευτε. *Triod.* 209.

V. 98. triclinium. S. No. 364, 9.

V. 107. sanativus ros, ναμάτων τῶν σῶν ζωηρόύτων πότισον τὸν δοῦλον σου, φλογμῶ συγκαιόμενον τῶν ἁμαρτιῶν. *Jul.* 27. No. 384, 19.

V. 117. misereri. S. No. 403, 12.

### 587. De b. Maria v.

Festivali melodia te laudamus, o Maria, quam commendat prophetia matris privilegio.		effectum da nostræ spei matris privilegio.	10
Regem regum peperisti virgo puerperio.	5	Regem regum cet.	
O Maria, mater dei, te rogamus tanquam rei,		Ut in cœli palatio cum sanctorum collegio benedicamus domino. Regem cet.	

Hs. zu München Clm. 5130. des 14 Jahrh. mit Neumen.

8 mir scheint quamquam besser. 9 effectumque nostræ da sp., Hs.

V. 3. prophetia. σωματικαῖς μορφώσεσι καὶ ποικίλοις αἰνίγμασι καὶ συμβολικαῖς καὶ τυπικαῖς ἐμφάσεσι τὴν σὴν προεμίμνησον οἱ Θεηγόροι γέννησιν, παρθένε. *Triod.* 115.

V. 10. privilegio. S. No. 466, 9. Das privilegium matris besteht darin, dass sie ihrem Sohne befehlen darf, es soll damit nur die grosse Wirksamkeit ihrer Bitte bei Christus ausgedrückt werden. No. 473, 39.

V. 12. collegium sanctorum ist der regelmässige Ausdruck und wörtlich zu nehmen nach der Stelle: multi sunt vocati, pauci vero electi. *Matth.* 20, 16. Collegium hängt in diesem Sinne mit ecclesia zusammen. S. No. 302, 162. Ein Synonym ist concilium. No. 346, 45. No. 379, 40. No. 380, 36. No. 601, 182. No. 481, 3. No. 382. 14.

## 588. De s. Maria.

Ave Maria, virgo pia, vita dia, lux in via, omni plena gratiâ: angelorum imperatrix, cœli, terræ dominatrix, quæ sola das solatia.		Tu cœlorum ornamentum, peccatorum tutamentum, tu firma spes es veniæ; <i>tu reorum advocata,</i> tu justorum forma grata, tu fons totus gratiæ.	25 5 30
Salve sacrum dei templum, tu virtutum fers exemplum, speculum munditiæ: lilium tu castitatis, viola humilitatis, flos candens pudicitæ.	10	Nulla pars est caritatis in te neque pietatis, sed es tota caritas: flos totius suavitatis, fons es vivus bonitatis, tu es omnis pietas.	35
Te saluto corde læto, opem tuam supplex peto, o mater benignissima; me dignare te laudare, laudes tuas decantare mente sincerissima.	15	Tu mater integerrima, tu virginum pulcherrima, tu prole fecundissima, tu corpore sanctissima et spiritu mundissima, tu mente lucidissima.	40
Scio, quod si lingua foret omne, quod sub cœlo floret, te verbis non exprimeret, omnisque creatura corporalis atque pura laudare non sufficeret.	20	Nulla virgo tam formosa fuit nec est, speciosa ut Jerusalem filia, quæ verum regem generavit, pacisque fructum bajulavit decorem super lilia.	45

Strassburger Hs. E. 135. Bl. 89. 15 Jahrh.

22 besser atque omnis. 23 besser corp. nec. non p. 46 quæ und 47 que sind gegen das Versmass.

V. 4. Den Grund dieses Beinamens geben die Menäen an: τῆ καθαρότητι ἀγγέλους ὑπερτρέχουσα. Nov. 11.

V. 4. 5. τῶν χειρουβιμ ὑπερτέρα, τῶν σεραφιμ ἀνωτέρα καὶ πλατυτέρα οὐράνων. Nov. 21.

V. 19—24. ποῖόν σοι ἐγκώμιον προσαγάγω ἐπάξιον; Octoech. 57. τις ἐξεπιεῖν σοῦ κατ' ἀξίαν δυνήσεται τὴν ὑπὲρ λόγον σύλληψιν; Januar. Bl. 3.

V. 28. advocata. ἡ μόνη προστασία τῶν θλιβομένων. Horar. 450. S. No. 400, 64.

V. 30. fons gratiæ, νεκροῖς ἐπήγασε ἀθανασίαν. Oct. 20.

V. 40. sanctissima. ἁγίων ἁγιωτέρα ἀγγέλων. Horar. 460. Kommt oft vor. S. No. 456, 13 — 15. No. 467, 74. ἁγίων τὸν ἅγιον Χριστὸν ἁγίως ἀπεκύησας, ἁγιωσύνης ἅγιον σκῆνωμα. Mai 12.

### 589. De beata virgine.

Mariæ præconio serviat cum gaudio, fervens desiderio verus amor; amoris suffragio præsentetur filio matris in obsequio cordis clamor.		tu pincerna veniæ, tu lucerna gratiæ, tu supernæ gloriæ es regina.	
Ave salus hominum, virgo, decus virginum, te decet post dominum laus et honor: tu rosa, tu lilium, cujus dei filium carnis ad connubium traxit odor.	5 10	Ave carens macie, speculum munditiæ, venustans ecclesiæ sacramentum: tu finis miseriæ, tu ver es lætitiæ, pacis et concordiæ condimentum.	25 30
Ave manans sacie, fons misericordiæ, vera mentis sauciæ medicina:	15 20	O felix puerpera, nostra pians scelera, jure matris impera redemptori: da fidei fœdera, da salutis opera, da in vitæ vespera bene mori. amen.	35 40

Strassburger Hs. E. 60. Bl. 70. (A), 15 Jahrh. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. fol. 2. 14 Jahrh. (B). Dieses Lied war auch in den Niederlanden bekannt, denn die Schlussverse jeder Halbstrophe wurden in ein niederländisches weltliches Lied verflochten, das in zwei Hss. zu Brüssel steht. No. 805. 806.

9 omnium B. 25 carie B. 26 tu sp. B. 27 venustatis A. 34 planans A.

V. 18. fons. ἡ κρήνη ἡ τὸ ὕδωρ τῆς ἀφέσεως βρούουσα. Paraclet. 104 S. No. 471, 7. Ist häufig.

V. 20. medicina. ἰάτρευσον τὰ ἀνίατα πάθη τῆς ψυχῆς μου. Nov. 11. S. No. 480, 61.

V. 21. pincerna, hängt mit der Bedeutung von *propinare* zusammen (No. 9, 23.) und ist der Gegensatz der verbotenen Speise im Paradiese. No. 386, 2.

V. 22. lucerna, νοεράν σε λυχνίαν προέβλεπε πάλαι ὁ προφήτης, τὸ θεῖον λαμπάδιον Χριστὸν βασιάζουσα. Oct. 17. S. No. 505, 102. No. 474, 33 — 36. No. 469, 27. ὡς χρυσοκαλλώπιστον λυχνίαν σε, δέσποινα, σέβωμεν. Triod. 131.

## 590. Ad b. v. Mariam.

Mater dei sanctissima, stella maris clarissima, regina potentissima!		Puritas, suavitas, caritas, benignitas, claritas, largitas miraque fecunditas.	25
Decus et gloria sanctorum, mediatrix languidorum, consolatrix miserorum!	5	Janua cœlorum, lux angelorum, gaudium justorum, spes peccatorum.	30
Rosa spinæ nescia, virgo plena gratia, gerens sanctimoniam decorem, tenens sanctimoniam pudorem.	10	Virtus incomparabilis, forma desiderabilis, splendor inobscurabilis.	
Orta de stirpe regia, misericors, propitia, nobilis, humilis, laudabilis, prudens, ammirabilis:		Pulcherrima, piissima, mundissima, dulcissima, Te laudantes dilige, lapis manum porrige.	35
Virginitatis speculum totum illustrans sæculum.	15	Omni laude digna, clemens et benigna, nobis miserere, semper nos tuere.	40
Tu paradisi liliū, imperatrix cœlestium, dominatrix terrestrium, honor virginum, expers criminum.	20	Lenem et propitium tuum potentem filium per te nos habeamus, ut post hoc exilium æternæ vitæ præmium læti possideamus. amen.	45
Fons misericordiæ, reparatrix gratiæ.			

Hs. zu S. Paul in Kärnten No. 44. 15 Jahrh.

V. 1. sanctissima. ἅγιον, ἀγνή ὑπεραγία, λόγον, πιστοὺς ἀγιάζοντα τέτοκας. *Paraclet.* 205. S. No. 588, 40.

V. 12. propitia. ἱλαστήριον τοῦ κόσμου. *Triod.* 94.

V. 15. 16. Fast ebenso in No. 584, 10. 11. Daher heisst sie παγκόσμιος δόξα. *Triod.* 412.

V. 38. lapsis. καταπιπτότων ἐπανόρθωσις. *Triod.* 154.

V. 41. miserere. ἐλέησόν με, ἵ Θεὸν πολυεύσπλαγχνον ἀνατίλασα. *Paraclet.* 212.  
Hier ist der Grund der Anrufung beigelegt, wie in No. 586, 1—8 der Grund des

Lobes, wonach man andere Stellen, wo der Grund nicht angegeben ist, zu beurtheilen hat. S. No. 403, 12.

V. 46—48. Futura nostra præteritis præferamus. *Augustin. de anima*, 4, 13.

### 591. Laudes Mariæ v.

Ave virgo regia, mater clementiæ, ave plena gratiâ, regina gloriæ, genitrix egregia prolis eximiæ, quæ sedes in gloria cœlestis patriæ, regis veri regia mater et filia.		formæ tam egregiæ mater et filia, lux munditiæ genitrixque pia.	
	5	obediunt tibi cœlestia, cœli luminaria, stupefiunt de tua specie sol et luna	25
	10	cunctaque polorum sidera. virgo regens supera, te laudant angeli super æthera.	30
Castrum pudicitiae stellaque prævia, in throno justitiæ resides, obvia agmina militiæ cœlestis omnia occurrunt militiæ, quæ tibi prævia cantica symphonie dant multifaria.		Ave cleri tutum præsidium pauperisque verum subsidium. tu es pura lima malitiæ et allatrix gratiæ, peccatorum mite refugium, ægrotantium solabile solatium. nobis assis post obitum, post istius sæculi vitæ vilis transitum, per gratiam, non per meritum ducas nos ad patrem et filium.	35
	15		40
	20		
Tu tantæ potentiæ, tantæ victoriæ,			

Hs. zu Bamberg Ed. IV, 6. 14 Jahrh. mit der Melodie. Da diese Hs. viele französische Lieder mit den Melodien enthält, so sind die lateinischen ebenfalls in Frankreich im Gebrauch gewesen.

17 militiæ ist hier fehlerhaft. 20 tam für dant, Hs. 27 cœlestia kann nicht wol richtig seyn.

V. 19. symphonia. S. No. 580, 8. 11. No. 581, 47—49. No. 507, 238.

V. 43. gratia. Cur gratia ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta esse causa potest, injusta non potest. *Augustin. de pecc. merit.* 1, 29.



## 592. Ad b. v. Mariam.

Ave virgo virginum, ave lumen luminum, ave nostrum gaudium, o Maria!	peperisti filium tu filia, quem portas in gremio pia, nostrum est solatium, fragrans lilium super lilia.	10
Ave salus gentium et venia,	5	

Dieselbe Hs. mit der Melodie. 8 besser *es*.

V. 1. virgo virginum, nach dem biblischen Sprachgebrauche gebildet, wie deus deorum, rex regum, canticum canticorum, gleichbedeutend mit virgo singularis. No. 352, 1. No. 597, 3.

## 593. Ad eandem.

Ave gloriosa, viventium aquarum puteus, lux gratiosa, fons deliciarum, virgo vena veniæ, signaculum pudoris, nostræ conscientiæ spes, mater salvatoris.	expers paris deum paris, mater singularis, mente virgo pura.	15
Stella maris appellaris, novâ geniturâ imprægnaris, fecundaris contra carnis jura;	5 Miserorum peccatorum dulcis advocata, intra chorum angelorum ad regna beata post vitæ curricula nos revoca, 10 dans cœlica gaudia, ut laudare te possimus cum lætitiæ.	20

In derselben Hs. mit Noten.

18 choros Hs.

V. 2. 4. vivent. aq. fons. τοῦ ζῶντος ὕδατος πηγὴ ἀκένωτος. *Triod.* 284.

V. 7. conscientia heisst hier das religiöse Bewusstseyn, welches auf dem Kirchenglauben beruht, nach Joh. 4, 22. Als Bewusstseyn überhaupt steht es bei *Augustin.* de anima 4, 30. nobis conscientia nostra nota est et voluntas. S. No. 35, 3.

V. 21. revoca, weil die Menschheit seit dem Sündenfall aus dem Paradiese und dem Umgang mit Gott und den Engeln verbannt ist. S. No. 394, 16. Qui mavult bene vivere in æternum, male vivet ad tempus. *Lactant.* div. inst. 7, 5.

## 594. Ad b. Mariam v.

Ave virgo regia,  
 dei plena gratiâ!  
 tu mater regis,  
 tu obscura legis  
 glossas omnia;  
 deviantes regis  
 per hæc invia

propriâ clementiâ  
 stella maris tu præviâ.  
 angelorum gaudium,  
 hominum refugium,  
 5 sis nobis propitia,  
 virgo Maria. 10

Aus derselben Hs. mit der Melodie.

V. 1. 2. Den Gruss Gabriels und Elisabeths verbinden die Menæen Oct. 18 auf eine sinnige Weise als Responsorium und Versus also:

„Χαῖρε, Μαρία Θεοτόκε“!  
 ὁ ἀσώματος ἐβόα σοι, παρθένε,  
 σὺν αὐτῷ δὲ πιστοὶ

βοῶμεν σου τῷ τόκῳ·  
 „εὐλογημένος, πάναγνε,  
 ὁ καρπὸς τῆς σῆς κοιλίας!“

## 595. Ad eandem.

Cœli domina,  
 quam sanctorum agmina  
 venerantur omnia  
 in cœlesti curia,  
 tuum roga filium,  
 redemptorem omnium,

ut sua clementia  
 nobis donet bravium,  
 sic deleat vitium  
 se precantium  
 5 et opprobria. 10

Dieselbe Hs. mit der Melodie.

Diesen Lobliedern füge ich ein italiänisches bei:

## Lode alla ss. vergine.

Lodate Maria,  
 o lingue fedeli,  
 risuono ne' cieli  
 la vostra armonia.

Lodate Maria!

Maria sei giglio  
 di puri candori,  
 che il cuore innamorì  
 del verbo tuo figlio.

Lodate M.

Di luce divino  
 sei nobil aurora,  
 il sole t'adora,  
 la luna s'inchina. L. M.

Con piede potente  
 il capo nemico  
 tu premi al antico  
 maligno serpente. L. M.

Il puro tuo seno  
 diè cibo e ricetta

al gran pargoletto  
Gesù Nazareno. L. M.

Già regni beata  
fra angelici cori,  
con canti sonori  
da tutti esaltata. L. M.

Il cielo ti dona

le grazie le più belle,  
e un giro di stelle  
ti forman corona. L. M.

O madre di dio  
e mistica rosa,  
socorri pietosa  
lo spirito mio. L. M.

Aus dem Esercizio del cristiano. p. 91.

### 596. Laudes Mariæ.

Virgo gloriosa,  
forma virginalis,  
exemplar virginum,  
thronus specialis  
regis omnium.

Salus gentium,  
lux fidelium,  
portus generalis.

Archa testamenti,  
decus firmamenti,  
irradia nostræ menti  
lumen gratiæ.

Asylum peccantibus,  
spes in te sperantibus,  
mater gloriæ.

5 Stella radiosa,  
nubes pluviosa,  
lumen peccatoris.

10 Sponsa speciosa,  
sine spina rosa,  
domus salvatoris.

15

20

Dieselbe Hs. mit der Melodie. 3 ex virg. Hs.

V. 7. lux. 12. 18. lumen, wird durch folgende Stelle erklärt. *νύξ ἀφεγγής τοῖς ἀπίστοις, Χριστιέ, τοῖς δὲ πιστοῖς φωτισμός ἐν τῇ τρυφῇ τῶν Θεῶν λόγων σου. Paraclet. 272.*

V. 17. nubes, in andern Stellen auch Lichtwolke, z. B. *ἀδύτου φωτὸς νεφέλη. Triod. 432. S. No. 610, 71.*

### 597. Laudes Mariæ.

O Maria, maris stella  
plena gratiæ,  
mater simul et puella,  
vas munditiæ.

Templum nostri redemptoris,  
sol justitiæ,

porta cœli, spes reorum,  
thronus gloriæ.

Sublevatrix miserorum,  
vena veniæ.

5 audi servos te rogantes  
mater gratiæ,

10

Ut peccata sint ablata  
per te hodie,

qui te puro laudant corde 15  
in veritate.

Dieselbe Hs. mit der Melodie.

V. 3. puella, statt virgo, wie κόρη für παρθένος. Daher ist virgo puellarum in No. 516, 27 gleichbedeutend mit virgo virginum. No. 373, 29. Zuweilen wird noch eine Apposition beigefügt, wie κόρη δέσποινα. Sept. 4. μητροπάροθερος κόρη. Oct. 29. No. 592, 1.

V. 7. porta caeli. S. No. 581, 1.

V. 10. vena veniæ, ein den lateinischen Liedern eigenthümlicher Ausdruck, der im Griechischen fehlt, weil er aus dem ähnlichen Laut der beiden Wörter, also aus einem Wortspiel entstanden ist. No. 377, 8. No. 482, 16. No. 489, 4. No. 400, 29.

V. 11. audi. σὼν οἰκετῶν παράκλησεις δέχου, παράμωμε. Oct. 26.

### 598. Laudes Mariæ v.

O quam sancta, quam benigna fulget mater salvatoris! laude plenâ virgo digna, archa Noë, Jacob scala, vasculum pudoris, aula redemptoris, totius fons dulcoris. angelorum gaudium, lactans dei filium, regem omnium.	5	super omnes venerabilis, spes unica, succurre miseris. inebrians animas fons es admirabilis, quæ tuos nunquam mori deseris.	15
Ave salus gentium, preces supplicantium audi, virga Jesse, virgo nobilis,	10	O anima ex sordibus vilis, hanc Mariam virginem expostula, ut sit pro te sedula, exorare filium propitium, firma spes fidelium, o genitrix, gaude in filio, gaudens ego gaudeo in domino.	20 25

Dieselbe Hs.

V. 2. fulget. ἡ λαμπηδὼν τῆς ἀστραπῆς, ἡ διαυγάζουσα γῆς τὰ πέγρατα.  
Jul. 21.

V. 17. inebrians, hängt mit pincerna zusammen. No. 589, 21.

### 599. Ad b. Mariam v.

Ave virgo virginum,  
verbi carnis cella,

in salutem hominum  
stillans lac et mella.

Peperisti dominum Moysi fiscella, e radio luminum solem parit stella.	5	tu nos reconcilia mater Salomonis.	15
Ave plena gratiâ, caput et zabulonis contrivisti, spolia reparans prædonis.	10	Virgo tu mosaycæ rubus visionis, de te fluxit silice fons redemptionis.	20
Cœli rorans pluvîâ vellus Gedeonis,		Quos redemit calice Christus passionis, induat gloriificæ resurrectionis.	

Hs. zu München, Clm. 5539. f. 34. mit Musiknoten. 14—15 Jahrh.

7 rad. sol exit et lum. Hs. 8 fontem f. sol. Hs. 10 cap. et Hs. 15 o filio tu, Hs., man könnte auch verbessern: nato nos concilia, aber dies weicht mir zu sehr von der Hs. ab. 20 flos f. fons Hs., sylice Hs. steht für petra. 23 o gaudio ind. Hs. gegen den Vers und Sinn, denn es ist *veste* beizudenken.

V. 6. fiscella. S. No. 370, 23—26. No. 615, 27.

### 600. Laudes Mariæ.

Regina clementiæ, Maria vocata, diversis antiquitus modis nominata: tu virga, tu virgula, tu virgo signata, tu lectus, tu thalamus, tu sponsa dotata.	5	tu palma, tu olea, cypressus plantata, myrrha electissima, arbor inflammata; tu fenestra vitrea sole radiata.	20
Tu templum, tu camera, tu porta serata, tu navis, tu anchora, tu stella vocata, tu sol, luna, balsamum, acies armata, tu aurora rutilans, tu gemma probata.	10	Tu columba nubilus, turtur subarrhata, tu domus eburnea, civitas murata; tu sic dicta viola, quod inviolata, ager, rosa, lilium, mater, uxor, nata.	25
Tu fons, hortus, platanus, cedrus exaltata,	15	Tu mons, nubes, puteus, cella conquadrate, cœlum, thronus, oppidum, paradisus grata,	30

tu sensu tu literis  
 Evæ transformata,  
 tu fusca, tu vinea,  
 salus salutata.

Quod his es et aliis  
 modis nominata,

tu per quinque gaudia  
 privilegiata,  
 mea mens efflagitat, 45  
 dolens et prostrata,  
 ut dolores mulceas  
 et emendes fata.

Hs. von Tegernsee zu München No. 1824. 15 Jahrh. mit der Angabe: hanc orationem s. Gregorius, cum celebrasset divina, reperit sub corporali.

43 besser et für tu. 48 wol für facta, des Reimes wegen.

V. 3. 4. diversis modis nominata. *Venant. Fortunat.* lib. 8, 5. v. 209 stellt folgende Beinamen Mariä zusammen:

aula dei, ornatus paradisi, gloria regni,  
 hospitium vitæ, pons penetrando polos:  
 arca nitens et theca potens gladii bis acuti,  
 ara dei assurgens, luminis alta pharos.

Hierzu füge ich ein weiteres Zeugniß aus der Mitte des 7 Jahrh. aus der Vita s. Romani ep. Rotomag. apud Martene et Durand nov. thes. anect. 3, 1657., um das Alter dieser Beinamen in der lateinischen Kirchendichtkunst nachzuweisen.

Munda ferens mundum, sed mundificata per ipsum,  
 virga gerens florem, capiens sed flore virorem,  
 virgo mater ave, tanta redolens pietate,  
 quanta laude micas et sanctis altior extas,  
 inclyta præ cunctis carnali stemmate functis.  
 prima deo præsens mediatrix esto tuorum,  
 spem veniæ referens, ne labe ruant vitiorum.  
 stella maris, portus, pigmentis consitus hortus,  
 fluctibus e mundi trahe nos ad littora pacis.

V. 7. ἡ πιστὰς, ἐν ἧ ὁ λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα. *Paraclet.* 1.

V. 11. anchora. S. No. 557, 10. No. 555, 16. ταύτην κατέχομεν τῆς πίστεως τὴν ἄγκυραν. *Paraclet.* 41. χειμαζομένων ἡ ἄγκυρα. Aug. 26.

V. 23. fenestra. S. No. 420, 8.

V. 25. columba. περισσότερὰ λογική. Oct. 27.

V. 27. οἶκος τοῦ πάντων ὑπάρχουσα ποιητοῦ. *Paraclet.* 105.

V. 33. mons. Potest montis nomine beatissima semper virgo Maria, dei genitrix, designari, mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. annon mons sublimis Maria, quæ, ut ad conceptionem æterni verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros, usque ad solium deitatis erexit? (Isai. 2, 2.) Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit. *Gregor. M.* in 1 reg. 1, 5. ὄρος τὸ ἅγιον, ὄρος ἐμφανέστατον. Mart. 11. No. 507, 43. ὄρος τὸ πῶτατον, ὄρος τετυρωμένον. *Triod.* 151. Exod. 3, 8.

V. 35. thronus. φέρεις ὡσπερ θρόνος πύργος τὸν πάντα φέροντα. *Paraclet.* 193.

V. 37. 38. literis transformata bezieht sich auf die Umdrehung des Namens *Eva* in *ave*.

Ein ähnliches altteutsches Gedicht, worin die Beinamen Mariä zusammengestellt sind, schliesse ich hier an aus der Hs. des german. Museums zu Nürnberg No. 3908. f. 54 des 14 Jahrh., dessen Text nicht ganz correct ist.

O fraw und magt mynneleich,		und empinde von mir der sunden pant; 30
o muter aller gnaden reich,		leib und sel bevilhe ich dir,
des paradeiss sussikeit,		ach, junckfraw Maria, nu hilff mir,
ein kron aller miltikeit.		hilff mir heüt und alle tag,
du pist der mayde gymme,	5	das ich an meinem letzten end nit ver-
ein englische stymme,		czag.
selige, heilige, süsse, <i>pia</i> ,		wen mein sel von hinnen müsz varen, 35
reine <i>sancta Maria!</i>		do wolst du, fraw, mich bewaren
o rosen rot, o liligen waisz,		vor des tewfels panden
o blumen schon, o freuden preis, 10		und vor sundlichen schanden,
o morgen stern, o sunnen clar,		die all sunder leiden da.
o schöner mon, o adlar,		des hilff mir, junckfraw Maria, 40
o turtel tawb, o gottes kron,		gedenck an dein miltikeit,
der engel frewd, der sele lon,		dye alles trosts ein kron treit;
des sunders trost, der gnaden gut, 15		hilff mir ye, das ich kum dar
der werlt liecht, der wunnen flüt.		mit frewden an der engel schar,
o werde magt, o feyel var,		das ich dein kint sehe und dich. 45
du pist, dye gotes sun gepar,		erhore du, werde magt, mich,
tw mir auff deiner gnaden schrein,		gebenedicte du junckfraw schone,
das mir werde dein hilffe schein; 20		du pist lobs ein krone,
wan du pist aller gnaden vol,		du ausserwelte gotes trône,
deiner gnaden bedarff ich wol,		gib dich mir selber zu lone. 50
deiner hilff bedarf ich, junckfraw gut.		Muter und <i>filia</i>
Maria, erfrew mir den müt,		des werden gotes, Maria,
erfrew mir die sele mein 25		dir sey gesait lob und ere
und tu auf die augen dein		hewt und ymmer mere,
und sihe an meins herczen not		verlasz uns aller swere. 55
und vertreib von mir den ewigen tod.		in gotes namen,
bewt mir deiner gnaden haut		sprech wir amen.

In der Hs. wird dies Gedicht ein Gebet genannt.

### 601. Hortus rosarum dei genitricis Mariæ.

O si scirem, consentirem,		tuum hortum velut portum 10
decantarem, exaltarem		naviganti fluctuanti
laudem dei matris:		mundo consignavit.
ros australis, æstivalis		Tu lux indeficiens,
riget mentem arescentem 5		gyrum cœli ambiens,
stans in corde patris.		pallorem non recipiens 15
O Maria, virgo pia,		fulges in cœlestibus:
valde digna et benigna,		tua innocentia
deus te creavit,		dulcisque clementia

- cum mira patientia  
fragrat in terrestribus. 20
- Omnis lingua cœlica,  
sive sit angelica,  
nec non philosophica  
te laudare deficit;  
præsens namque sæculum 25  
te præclarum speculum,  
salutis ut signaculum,  
incessanter prospicit.
- Tu cunctis pretiosior,  
sublimibus sublimior, 30  
tu universis sanctior,  
virginibus præclarior  
deo placuisti.
- te prophetæ prænuntiant  
ac patriarchæ evocant 35  
apostolique prædicant,  
omnes salvandi invocant  
velut matrem Christi.
- Tu jubilus lætitiæ,  
solamen es mœstitiæ, 40  
tu regula justitiæ,  
exemplar pudicitiae,  
nexus es amoris:  
tu limes rectitudinis  
et sedes mansuetudinis, 45  
tu locus sanctitudinis,  
spes beatitudinis,  
finis es mœroris.
- Tu campus non arabilis  
tua nunc amœnitas 50  
rubrum florem protulit:  
tu dies delectabilis,  
cujus jam serenitas  
pacem mundo contulit.
- Te, quam promissam patribus, 55  
magnis ac minoribus,  
Judæe tribus edidit:
- te cunctis nunc in matribus  
nostris in temporibus 60  
deus claram condidit. 60
- Tu stella matutina,  
astrorum es regina,  
languentis medicina  
et rosa sine spina: 25
- Dulcorum tu piscina, 65  
cœlorum es cortina;  
nos tua disciplina  
conserva a ruina.
- Tu gratiarum fluctus,  
de excelso prodiens, 70  
tanquam aquæ ductus  
paradisum transiens.
- Olim Evæ luctus 35  
multos sæve conterens  
per te est abductus 75  
sicut umbra fugiens.
- Tu hortus voluptatis  
plenissimæ, 80  
cum stilla suavitatis  
verissimæ, 80  
tu cedrus honestatis  
altissimæ,  
cypressus caritatis  
fortissimæ.
- Oliva pietatis 85  
rectissimæ,  
columba lenitatis  
sanctissimæ,  
tu lignum suavitatis  
dulcissimæ 90  
et æstas claritatis  
purissimæ.
- Tu sidus es virgineum,  
et rumpens mortis laqueum



spem salutis ac virtutis nobis confers cœlitus.	95	Generosa ac formosa, te mundavit verus David,	
facinorum aculeum atque limen tartareum confregisti, abegisti tuo fructu penitus.	100	rex nobilitatis, in mammillis et capillis, in maxillis ex scintillis suæ deitatis.	135
Tu panis vas et olei, columna nostræ fidei, nos dulcora sine mora, poli roris cellulâ.		Te providit et excidit manus dei nostræ spei,	140
tu lilium convallium, tu nuditatis pallium, te ducente, protegente firmor in procellula.	105	ad te cum intravit, tuos artus novi partus pulchritudo, celsitudo singulos beavit.	
Sub figura præpararis, luculenter circumdaris gemmis et carbunculis: quasi thronus Salomonis ammirandæ visionis muniris leunculis.	110	Virgo commendabilis, multum prædicabilis, nulla tibi similis, mater, in his semitis: tu medelam vulneris efficacem veteris paris nobis miseris diræ morti deditis.	145 150
Teque ebur castitatis, aurum fulvum claritatis exornant deifice, quia in te dei natus nunc pro nobis incarnatus quievit mirifice.	115 120	Spem relinquis posteris subjectis luto lateris et reatum conteris stringentem ut fascia, cum producis filium velut candens lilium præsens in exilium, viri thori nescia.	155 160
Te de cœlo calidus imber nimis validus totam perundavit; quidquid in te fragile fuit aut passibile, penitus mutavit.	125	Lætare mater gratiæ, sedens in patris acie jam revelata facie tu deum vides gloriæ nimis consolata.	165
Caro tua labilis fit virtute stabilis tui conditoris; tua sacra viscera conservantur integra ortu salvatoris.	130	nunc regno dei frueris feliciter cum liberis et sceptrum geris sideris insignius præceteris, o virgo beata!	170

- Tua innocens anima  
inter cœlorum agmina  
jam audit laudum carmina,  
præsentium discrimina  
minime timebit; 175  
nam sanctis es rosarium,  
egentibus cellarium  
plenumque promptuarium,  
ægris electuarium,  
de te mens gaudebit. 180
- Gaude sponsa domini  
in sanctorum collegio  
trino atque simplici  
deo juncta homini,  
qui te privilegio 185  
decorat septemplici.
- Quæ es plena puritas  
et gratiæ varietas,  
in partu virginitas,  
mater Christi, pietas 190  
atque familiaritas  
gloriæ sublimitas.
- Tu fulgor superiorum,  
prædatrix inferiorum,  
tu pax es præliorum, 195  
tu fax es frigidorum.
- Tu porta exclusorum  
et spes desperatorum,  
tu vita sanandorum  
et funus peccatorum. 200
- Polorum de cancellis  
jam festina pluere  
divini guttas mellis  
et sic nos imbuere.
- Mundi in procellis 205  
non permittas ruere,  
sed a pœna fellis  
nos velis eruere.
- Nostram sorditatem  
mundifica, 210  
et umbrositatem  
purifica,  
boni voluntatem  
ratifica,  
mali pravitatem 215  
justifica.
- Luctuositatem  
gratifica,  
cunctam vanitatem  
mortifica, 220  
virtuositatem  
vivifica,  
